Digitized by Google

SYNOPSIS

HISTORIAE LITERARIAE

QVA

ORIENTIS, GRAECA, ROMANA,

ITEM

ALIARVM LINGVARVM SCRIPTIS

CVLTARVM

LITERATVRA

TABVLIS SYNCHRONISTICIS

EXHIBETVR

AVCTORE

IEREMIA NICOLAO EYRING

PHILOSOPHIAE IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA PROFESSORE P. O. ET BIBLIOTHECAE REG. ACAD. CVSTODE; LYCEI GOTTINGENSIS DIRECTORE.

NAPOLI

Non ut aliquid novi adiicerem, ſed ut ea, quae in re diſperſa atque infinita viderentur eſſe, ratione ac diſtributione ſub uno adſpectu ponerentur.

Q. Cic. de petit. Conſ.

GOTTINGAE

APVD B. VANDENHOEKII VIDVAM

cIɔIɔCCLXXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Rei literariae dum vario modo opera navanda erat, praeter Fabricii, Wolfii, Hambergeri, Saxii, cum uberrimos tum accuratiſſimos commentarios, noviſſime Harleſii, V. Cel. iſagogicis libris auctos, alio adminiculo opus eſſe intellexi, quod, omiſſa multarum rerum notitia, eruditorum hominum, quorum ſcriptis ſupellex literaria conſtet, brevem exhiberet recenſum, eorum cuilibet, quoad eius fieri poſſet, certis vel vero ſimilibus argumentis, ſuum tempus aſſignaret, et ipſa methodo ſive rerum deſignatione memoriam adiuvaret. Quod ſubſidium ut ad privatum uſum praeſto eſſet, tabulas dudum concinnaveram, in quibus cultiorum linguarum ſcriptores ſuperſtites, ſecundum annorum ſeriem et ipſarum linguarum diverſitatem deſcripti erant, ut tamen haud pauca reſtarent, in quibus haererem et quomodo eſſent expedienda quave temporis periodo accurate ponenda, in ambiguo relinquerem, donec edito Saxii, V. Cel. Onomaſtico literario, in pleriſque confirmarer, aut certe, ipſius auctoritate, audacior redderer. Ab eo autem tempore meas tabulas non tam retractandas, quam ad temporis calculum, quo Saxius uſus ſit, accommodandas putavi. Quod conſilium ut caperem, et in definiendis annis alienam potius, quam meam, et huius unius viri magis, quam aliorum ſententiam ſequerer, duas in primis cauſſas habui. Primo enim explorata annorum ratione, ad quam ſcriptores Saxius deſcripſerit, ne ipſum quidem ſuo ingenio vel ſtudio, temporis rationes inveniſſe animadverti, ſed ab idoneis potius auctoribus annotatas diligenter excerpſiſſe et collegiſſe. Deinde videns, ſi iisdem temporis notis, quibus Saxius, uterer, ea re ipſis tabulis id commodi afferri, ut, quoties Saxii Nomenclator ſit adeundus, ipſi anni, ad marginem adpoſiti, locum ſtatim prodant, ubi, quid de eodem ſcriptore Saxius retuliſſet, quaeri poſſit, huius mutuae etiam relationis cauſſa, adhibitam in Saxiano opere chronologiam ſequi, quam temere deſerere malui. Hoc quidem modo factum eſt, ut meae tabulae Saxiani operis epitomen referrent, ſed quae eo ipſo nomine, quod alterius libri vicem ſimul explerent, duplo maiorem utilitatem praeſtare viderentur.

Harum tabularum hiſtorico-literariarum poſtquam tum quoque, cum amplioribus ſubſidiis, quae Fabricius, Wolfius, Hambergerus, Saxius paraviſſent, non eſſem deſtitutus, uſum ſingularem fueram expertus, facile in hanc opinionem adductus ſum, ut iuveni-

bus.

Digitized by Google

bus, in literarum tirocinio conſtitutis, gratum me facturum eſſe crederem, ſi hanc velut hiſtoriae literariae epitomen, qua ipſe inter maiorum operum opes aegre carerem, typis exſcribendam et in eorum uſum edendam curarem. Etenim cuiuscunque aetatis ſcriptorum memoriam & cognitionem ut nemo eſt, quin ad literarum et eruditionis ſtudia utilem vel neceſſariam adeo ducat, adoleſcentibusque, vel in gymnaſiis vel in academiis literarum diſcendarum cauſſa commorantibus, maximopere commendet: ita contraria his ratione accidere conſtat, ut iidem libri, unde plenior et accuratior eius rei ſcientia parari poſſit, ob molem vel pretium, iuvenibus raro ſint parabiles, et proinde longe pauciſſimis, quam poſſent, utilitatem vere praeſtent. Haec cum ita reputarem, & ob hanc etiam cauſſam opinarer, breviario hiſtorico-literario, quod Fabricii utramque Bibliothecam Wolſiumque complecteretur, libelli diu deſiderati defectum quodammodo expleri, nihilominus autem meae opellae diffiderem, Walchium, V. S. R. in conſilium advocare ſuſtinui. Is autem, inſpecto tabularum ſpecimine, quod obtuliſſem, earumque univerſa ratione approbata, non tam ſuaſit, quam adhortatus potius eſt, ut quod inchoaſſem, perficerem, ea opera, dictitans, non tironum ſolum, ſed doctorum adeo virorum gratiam me initurum eſſe. Cuius viri non minus intelligentis quam integerrimi iudicio, in propoſito ita ſum confirmatus, ut ſuſceptum laborem ad finem perducere et in communes uſus afferre conarer.

Iam quae de ipſius libelli indole ac ratione ulterius dici debeant, pauca ſunt. Atque id quidem ex iam dictis patet, libelli praecipuam dotem hanc eſſe, ut iuventutis literarum ſtudioſae uſibus inſerviat, ſi praecipuorum omnis aevi ſcriptorum, vel privato ſtudio vel in ſcholis literariis, aetatem dignoſcere, vitas intueri et hiſtoriam atque ingenii monumenta, impenſo modico ſumtu, tempore et labore percurrere vel recognoſcere velit. Quo certius hoc conſequerer, quoque plura ſimul exhibere liceret, ſingulis paginis, diſſecto lineis ſpatio, Orientis, Graeciae et Latii literas, ſeu eccleſiaſticas ſeu profanas, ſynchroniſmo coniunctas, ſub uno adſpectu poſui. Per ſe vero patet et multorum hominum uſu comprobatum eſt, ſi res, quae eodem tempore ſint geſtae, aut homines, qui rebus geſtis ſcriptisve idem ſaeculum illuſtrarint, ita collocentur, uno obtutu ut poſſint cognoſci, tum et memoriam inſigniter adiuvari et indicandi facultatem tutius regi atque excoli. Ad hoc neceſſe fuit, ut non, ſicut vulgo, latiores vitae terminos, naſcendi moriendique ſorte definitos, indicarem,

Digitized by Google

carem, ſed certum ubique annum ponerem, quo ſinguli vel honore aucti vel inſigni opera clari facti ſint. In qua quidem re, ſupra iam confeſſus ſum, Saxium me eſſe ſimpliciter ſecutum, quemadmodum is (Praef. ad Vol. I. p. XVI.) Ed. Simſonium, Anton. Pagium et Io. Albr. Fabricium auctores habuiſſe haud diſſimulavit. Quodſi quibusdam ideo nihil egiſſe aliud, quam Saxii maius opus in minus ſive in compendium redegiſſe videar, his repugnare neque epitomatoris nomen refugere nolo, dummodo me rem haud inutilem ſuſcepiſſe et quod virum probum deceat, feciſſe concedant. Attamen iidem veniam dabunt, quid aliter, quam ille, inſtituerim, referendi. Multa, quae ſcopo ſuo convenienter Saxius attulit, ipſique propria ſunt, ut libellorum ſylvam, quibus ſcriptorum vitae vel opera illuſtrentur, a conſilio meo aliena putavi et intacta reliqui: contra, quae communia habuit, id eſt, ex Fabricio ſimilibusque libris ſumta, iis primum tanquam communibus ſum uſus, deinde alia, quibus ille ſuperſedit, ego addenda exiſtimavi. Quo pertinent partim quae ſinguli ſcripta reliquiſſent, quorum ille nullam mentionem faciendam putavit, partim nonnulli ſcriptores ab illo plane omiſſi, a me autem inſerti. Atque hi quidem neque pauci neque nullius momenti ſunt. Recepti autem ſunt; ut ſpeciminis loco praecipuos nominem, hi in primis: Ieſus Sirach pater, ad an. O. C. 3773. Scipio an. 3804. Carneades an. 3850. Hillel et Schammai an. 3964. M. Porcius Latro an. 3998. Doſitheus ad an. Chr. 48. Schola Tiberienſis an 70. Ionathan an. 92. Cabbala an. 121. Valentinus Aegyptius an. 123. Verſio Aegyptiaca Sahidica an. eod. Coptica vero an. 326. Aethicus an. 161. Verſio lat. Itala an. 206. Hieronymiana an. 367. Σαμαρειτικον an. 201. Scholae Iudaeorum Babylonicae an. 230. Lucianus et Ed. LXX. Luciana an. 300. Heſychius an. 300. Ioſephus Caecus an. 322. Additamentum ad Baſil. M. an. 365. Verſio Sacri Codicis Syriaca Peſchito an. 370. Verſio Sacri Codicis Aethiopica an. 398. Mesrobes, Armeniae literaturae parens an. 410. Antiochus ICtus an. 438. Iſaacus Antiochen. ſ. M. an. 446. Philoxenus ſ. Xenaias an. 488. Maſora coepta et abſoluta an. 400. 507. Hormisdas, & Triſolius, an. 523. Leontius, an. 532. Iohannes Aſiae, an. 542. Eulogius Alexandrinus, an. 581. Anaſtaſius Sinaita iun. an. 599. Targum Pſeudo-Ionathanis & Hieroſolymitanum, an. 612. Paulus, Verſionis Syr. hexaplaris auctor, Thomas Heracleenſis, & Athanaſius Gamolo, an. 616. Geonim aetas, an. 696. & 1038. Cosmas maior, an. 743. Theophilus Edeſſenus, an. 772. Imam Alchalil Ibn Achmed Alazdi, an. 784. Beatus & Etheri-

us, an. 785. Elipandus & Felix Vrgelitanus, an. 794. Scholae Epiſcopales & Palatinae, an. 800. Amalarius Metenſis & Ioſeph b. Gorion f. Ioſippon, an. 812. Alwakedi, an. 815. Abu Obaidah, Ibn Heſcham & Alaſſmai, an. 823 - 827. Ratpertus Turegienſis, an. 870. Ibn Doraid, an. 900. Dunſtanus et Hamzah, an. 961. Ben-Aſcher & Ben Naphtali, an. 1034. Iohannes Garlandius, an. 1040. R. Iſaac f. R. Alpheſi, an. 1086. Anaſtaſius Antiochenus, an. 1094. Neſtor, Parens Hiſtoriae Ruſſicae, an. 1096. Poeſis Provincialis, an. 1100. Hariulphus Centulenſis, an. 1104. Nicetas Seidus, an. 1110. Saemundus, Islandus, an. 1117. Sylveſter, Neſtoris Continuator, an. 1119. Auctor Seder Olam Sutha, an. 1124. R. Iehuda Charizi & R. Iehuda Levi fil. Schabbatai, an. 1140. Philippus Harvengus, an. 1141. R. Iehuda Tibbon, an. 1145. R. Schelomo b. Iſaac f. Raſchi, an. 1150. (coll. an. 1102. quo, per errorem, eiusdem viri memoria relata eſt) Eliſabetha, an. 1161. Michael Anchiali, an. 1166. Germanorum Poeſis Suevica, an 1179. Iohannes Phocas, an. 1184. Georgius Xiphilinus, an. 1192. R. Jehuda Chariſi, an. 1195. Ibn Thophail, an. 1198. Ibn Alatſir Aldſcherzi, an. 1201. Walther von der Vogelweide, Vlrich von Turheim, Heinrich von Ofterdingen, Klynſor, an. 1223. Seminarium Orr. LL. Raymundi de Penna forti, an. 1229. Boner, an. 1235. Reinmar der Alte, an. 1236. Reinmar von Zweeter, an. 1248. Iakut, ad eund. an. Moſes Nachmanides, an. 1256. Ibn Chalekhan, an. 1260. Jonas Gerundenſis, an. 1274. Conradus Herbipolita, an. 1280. Phonascorum Germ. S. Meiſterſaenger aetas, an. 1298. R. Iedaja Happenini. Nonnulli praeterea Scriptores ex Aſſemani B. O. aſſumti, ut Iſaac an. 379. Balaeus ad an. eund. Gregorius Abbas an. 368. Maruthas an. 397. Abſamius an. 400. Rabulas an. 412. Iſaac an. 440. Ibas an. 438. Cosmas an. 461. Ioſua Stylites an. 507. Iacob Ep Sarugae an. 519. Paulus ad an. eund. Maras an. 520. Simeon Philoſ. Perſarum an. 525. Mar Abba, an. 536. *Chronicon Edesſenum*, an. 540. Iacobus Baradaeus, an. 541. Moſes Aghelaus, an. 550. Iſaac Ninivita, an. 590. — Ita praeter hos alii ſimiliter inſequentibus ſaeculis, Parte ſecunda deſcriptis, diligenter annotati, ut Iacobus Ep. Edesſen. an. 651. Dionyſius I. Patriarcha Iacobitar. an. 774. Moſes Barcepha, an. 903. Abulpharagius, Abdalla Benattibus, an. 1022. Ioannes Barſuſan, an 1066. Iahia, an. 1080. Mar Iohannes, an. 1124. Dionyſius Barſalibi, an. 1153. Mar Elias III. an. 1176. Ioannes Parvus, an. 1207. Iacobus Ninivita, an. 1231. cet. Memor vero, quibus ſcriberem, Pfeifferi V. C.

Ex-

Excerpta, quae magis eſſent in promtu, quam Aſſemani opus ipſum excitare malui.

Ab initio haud propoſitum erat, ſcriptorum nominibus librorum indicem addere, quoniam, ſi id facerem, metuendum erat, ne libellus, qui parvus eſſe debebat, ultra conſtitutam plagellarum numerum creſceret; ſed mox, re iterum deliberata, ſatius viſum eſt, quotquot virorum eruditorum nomina in has tabulas referrem, eorum ſcripta quoque, quam breviſſime fieri poſſet, indicare, exceptis tantum iis, quorum πολυγραφια aut ipſorum ſcripta a tam parvo ſpatio omnino excluderet, aut hunc modum ſuaderet, ut, facto delectu, in praecipuorum commemoratione acquieſcerem. Sed id propoſiti deinde fraudi fuit. Namque ſpatii cum parciſſimus eſſe vellem, in aliud vitium incidi, quo paſſim omitterem, quae nunc quidem omiſiſſe poenitet. Mallem Ptolemaei, ut hoc utar, ſcripta aut nulla aut omnia recenſuiſſem, quam cum reliquis, quae recte praetermitti poterant, excluſiſſem quoque, quae non erant excludenda. Iam quidem cum ſemel commiſſa reficere non licet, id me conſolatur, quod raro et in paucis eo modo peccavi, et tum quoque, ubi factum eſt, lectores admonui, ut pleniores commentarios adirent, unde plenius poſſent inſtrui.

De hoc ipſo autem allegandi modo reſtat, ut, quam rationem ſecutus ſim, breviter aperiam. Etenim ne ii, qui plenioribus, quam exiguis hauſtibus rei literariae cognitionem percipere mallent, ob libelli tenuitatem plane deſtituerentur, eam adhibere viſum eſt rationem, ut in quovis operis articulo, lectores ad eiusmodi fontem ablegarem, e quo uberius poſſent ſatiari. Sed cum in uno deberem ſubſiſtere, difficile erat iudicium, quem reliquis anteponerem. Ad Fabricium, quem hiſtoriae literariae antiquae et mediae fontem primarium eſſe ſcimus, unde rivos quidem multi deduxerint, at in quos, typis exſcriptorum exemplarium continuatam ſi excipias hiſtoriam, pauci aliquid novi intulerint, ob hanc cauſſam lectores remittere nolui; primo quidem quoniam his, quorum uſui hae tabulae ſunt conſecratae, eius Bibliothecae non tam, quam optabile erat, in promtu eſſe videbantur, tum etiam propterea, quod eorundem argumento Orientis literae non erant comprehenſae. Denique rem in ambiguo poſitam, prout plurimorum utilitas ſuaderet, hoc modo expedivi, vt, vbicunque fieri poſſet, ſolius Hambergeri, et operis quidem ab eo editi maioris mentionem ſubiicerem; tum demum vel Fabricii, vel Wolfii, vel Epitomes Hambergeriani Operis, vel alius idonei ſcriptoris

aucto-

Digitized by Google

auctoritate adpoſita, ſi aut nulla in Hambergero reddita fuerit notitia, aut alioquin opus videretur eſſe, ut alius libri uſus, ſupplementi vel ſubſidii cauſſa, commendaretur. Interea cum ipſi ad marginem poſiti anni, praeterquam quod cuiusvis ſcriptoris reique aetatem produnt, locum ſimul accurate indicant, ubi in Saxii V. C. Onomaſtico literario eorundem ſcriptorum rerumque notitia quaerenda ſit, lectores, eo compendio uſi, nihilominus utriusque operis et Hambergeri et Saxii ubique indicem adiunctum deprehendent. Quem ſi ſequantur, his duobus deinde ducibus, a quorum altero nimirum Scriptorum vitae diligenter expoſitae, libri plerumque recenſiti et editorum exemplorum, praecipuorum certe, rationes declaratae, ab utroque autem Fabricii commemoratio adiecta et reliquum rei literariae velut inſtrumentum univerſum deſcriptum eſt, ad ampliorem ſingulorum ſcriptorum cognitionem facile perducentur.

Univerſum opus in tres partes deſcriptum. *Prima* quidem ab ultima antiquitate rem literariam repetens et ad ſaeculi poſt Chr. nat. VII initia procurrens, *antiquam literaturam; ſecunda* a Mohammede ad ſaeculi XIII exitum perducta, *mediam literaturam* complectitur. *Tertia pars*, brevi edenda, *inſtauratarum literarum primordia*, i. e. ſaeculi XIV et XV hiſtoriam perſequetur, et in ſaeculi XVI prima initia, certe usque ad Deſiderium Erasmum Roterodamenſem, exſpatiabitur, in cujus viri aetate ſubſiſtendum putavi. Eadem operis tertia et ultima pars, cum maxime typis exſcribenda, *Indicem* adiunctum habebit.

Atque haec quidem de conſilio ac ratione, quam in conficiendo libello ſecutus ſim, praemonuiſſe ſat eſt. Caeterum ſi quid forte omiſſum aut alio modo neglectum erratumque a me fuerit, eius rei cauſſa a lectorum humanitate veniam peto, eosdemque, ut diligentiam ad emendandum, continuandum perficiendumque hunc libellum, porro conferendam, ſuis monitis atque conſiliis adiuvare velint, maximopere rogo. Scripſi Gottingae XVI. Calend. Iun. cIↃIↃCCLXXXIII.

LIT.

LITERATVRA

Anni O. C.	Orientalis	Graeca.
150	Adam. Fabr. Pſeudepigr. V. T. p. 1. Hamb. l. 1.	
—	Seth. Fabr. l. c. p. 141.	
950.	Enoch. Fabr. l. c. p. 161. Hamb. I. 4.	
1000		
1650.	Sibyllarum oracula ad hoc tempus mythicum vulgo referuntur. Sunt incerti, ſed multo recentioris aeui foetus. Sibylla Ebraea, Noachi nurus eſſertur, et cum Perſica, antiquiſſima habetur. Hamb. I. 6	
2000.		
2090.	Abraham. Ei Judaei Librum Jezirah, ſ. Creatio, et Pſ. 88. 89. adſcribunt. Hamb. I. 24.	
2290.	Joſeph. Fabr. Pſeudepigr. V. T. p. 760.	Tempus Graecorum ἄδηλον, ſecundum Varronis tria temporis diſcrimina. Cenſorin. de Die nat. c. 8.
2490.	Job; Fabula Hebraeorum dramatica. Lowth et Michaelis de Poeſi Hebr. 647. 702.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca.
2000.		
2507.	Moſes. Cf. Jeruſalems Briefe üb. d. Moſ. Schr. Eichhorns Einleitung in d. A. T. II.	- - -
2544.	Thot. Thet. Seth. Hermes Triſmegiſtus, Aegyptius, Literarum Aegyptiacarum parens. §. 1) Poemander. 2) Aſclepius. 3) Jatromathematica. 4) De revolutionibus nativitatum Libri II. 5) Aphorismi Aſtrol. 6) Tract. chemicus. Hamb. I. 20. Cf. Herders Briefe, das Studium der Theol. betr. I. p 225.	Hermes Triſmegiſtus. vid. Lit. Orient.
	Orus. Horus. Horapollo, Aegyptius, literarum Hieroglyphicarum, ab Hermete inventarum, interpres habetur. Lingua Aegypt. Opus exaravit: Hieroglyphica. Sub quo titulo quae graece extant, majoris operis excerpta perhibentur. Hamb. I. 44.	Horapollo. vid. Lit. Or.
2555.	Joſua, pacatis rebus. Wolf B. H. P. 2. p. 73. 397.	Temporis μυθικα ſ. heroici initia. Μαντεις. Αοιδοι.
2657.	- - -	Cadmus, Phoenix, Thebarum conditor, religiones et literas ex Oriente in Graeciam adfert.
2661.	- - -	Melampus, augur, vates, medicus. Fabr. B. G. L. 1. c. 15. p. 98. Al. vid. an. 3733.

Digitized by Google

Anni O. C.		Orientalis	Graeca.
2600			
- -	2729.	Sanchoniathon, Berytius Phoenix, Antiquitatis Phoenicum auctor; graece vertit Philo Byblius. De fragmentis ap. Euſeb. Praep. Ev. L. I. c. 10. vid. Hamb. Kurze Nachr. I. 14. coll. Court de Gebelin, et Saxii Analect. ad P. I. Onom. p. 527.	Sanchoniathon, vid. Lit. Or.
- -	2748.	- - -	Orpheus, Thrax, Lini diſc. §. 1) Argonautica. 2) Hymni 86. 2) De lapidibus. 4) Prognoſtica de terrae motibus. 5) Fragmenta. Hamb. I. 35.
- -	2750.	- - -	Muſaeus, Lini et Orphei diſc. Ei Carmen Epicum de amoribus Herus et Leandri vulgo adſcribitur. Hamb. I. 37.
- -	2756.	- - -	Aſclepius ſ. Aeſculapius, artis medicae auctor. §. Οροι Ασκληπιε. Hamb. I. 24.
	2820.	- - -	Dares Phrygius et Dictys Cretenſis rebus Trojanis interfuiſſe et de bello excidioque Trojae ſcripſiſſe dicuntur. Hamb. I. 41. 42.
	2910.	Samuel. Wolfii B. H. P 2. p. 76. 397. 411.	- - -
	2950.	David. Wolf B. H. P. 2. p. 108.	
- - -		Gad. Nathan. Sacri vates. 1 Chron. 29, 29.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3000			
3000.	Salomon. Quae praeter Proverbia, Eccleſiaſten et Canticum ejus nomen praeferant, ea indicat Fabr. Cod. Pſeudepigr. V. T. p. 914. Hamb. I. 52.	- - -	- -
Roboam: 3024 · 3039. Jeroboam 3024 - 3043.			
3030.	- -	*Homerus. §. 1) Ilias. 2) Odyſſea. 3) Batrachomyomachia. 4) Hymni 32. 5) Epigrammata 16. Fragmenta. Hamb. I. 57.	- -
3090.	- - -	*Heſiodus. §. 1) Opera et Dies. 2) Scutum Herculis. 3) Theogonia. Hamb. I. 70.	- -
3122.	- - -	Lycurgus, Legum Spartanarum auctor. Fabr. B. G. L. 2. c. 14. p. 540.	- -
3171. ad 3290.	Jonas. Joel. Amos. Hoſeas. Eſaias. Micha. Obadias. Nahum.		
Hoſea-Salmanaſar. 3281. X. Tribus abductae.			
3229.	Anni ab Olympiadibus computati incipiunt.	- - -	- - -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3000. 3252.	- -	- - -	Anni ab Vrbe condita incipiunt.
Ol. XVI. 2. A. V. C. 39. 3290.	- -	Archilochus, Parius, Poeta Satyr. Mordacis Jambi auctor, regnante Romulo. Cic. Tuſc. Qu. I. c. 1. Fragm. in VIII. Lyricis et Corp. Poetar. Hamb. I. 90	Romulus h. a. de medio ſublatus.
3292.	- -	- -	Numa Pompilius.
Ol. XXIV. 1. = 3321.	- -	Tyrtaeus, Athen. Elegorum Martiorum, tempore belli Meſſen. ſecundi, auctor. Reliquias Klotzius ſeorſim edidit. Hamb. I. 89.	- -
Ol. XXV. 3. = 3327.	Manaſſes, Rex Judaeor. Ejus Oratio inter Apocryphos extat. Hamb. I. 83.	- - -	- -
Ol. XXVII. 1. = 3333.	- -	Alcman. ſ. Alcmaeon, Lydus, Poeta Lyr. amatorii argumenti. Fragm. in VIII. Lyr. et in Lectii Poetis gr. Hamb. I. 91.	- -
Ol. XXXII. 1. = 3353.	Habacuc. Wolf B. H. P. 2. p. 181.	- - -	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3000. Ol. XXXIII. 3. = 3359.	Zephanias-f. Sophonias. Wolf. l. c. p. 183.	– –	
Ol. XXXVII. 2 = 3374.	Jeremias, incepit prophetare. Jer. 1, 2. 25, 3. Wolf l. c. p. 119.	– –	
Ol. XLII. 1. = 3393.	– –	Pittacus, Mitylenaeus nat. Ol. XXXII. † Ol. LII. 3. Fabr. B. G. L. 2. c. 11. p. 445.	– –
	– –		
Ol. XLIV. 1. = 3401.	– –	Alcaeus, Mitylenaeo-Lesbius, Lyricus. Fragm. in Vrſini Carm. fem. in Lyricis Steph. et in Lect. Corp. Poet. Hamb. I. 96.	
– –	– –	Sappho, Mityl. Lesbia. Ejus ſuperſunt 2 Od. et Fragm. ap. Vrſin. Wolf. cet. Hamb. I. 93.	
		Erinna, Lesbia. Fragm. ap. Vrſin. et Wolf. Hamb. I. 95.	
Ol. XLIV. 3. = 3403.	Ezechiel, divinam legationem auſpicatus eſſe videtur. Wolf B. H. P. 2. p. 155.	– – –	–
– –	Daniel. Wolf l. c. p. 160.		
Ol. XLVI. 3. = 3411.	– –	Solon, Legum apud Athenienſes auctor. †	– –

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3000.		Ol. LIV. 4. §. 1) Leges in Prateii Jurispr. Vet. et Petiti Legg. Att. 2) Gnomae in Steph. Heroic. Sylburgi Gnomogr. Wintertoni Poet. min. 3) Epiſtolae ap. Diog. Laert. in Vita. Hamb. I. 98.	- -
- -		Mimnermus, Colophonius, Gnomicus. Pentametri inventor. Elegor. Fragm. ap. Steph. Vrſin. Winterton. Hamb. I. 109.	- -
Ol. XLVII. 1. = 3413. V. C. 162.	- -	Anacharſis, Scytha, Philoſ. Epiſtolae IX. ejus nomen ferunt inter Epiſtt. gr. Hamb. I. 97.	- -
Ol. XLVII. 4. = 3415. Nebucadnezar - Zedekias.	Baruch, Jeremiae diſc. Inter Apocr. Wolf B. H. P. 2. 201. Hamb. I. 87.	- -	- -
Ol. LII. 1. = 3433.	- -	Aeſopus, Phryx, Apologorum auctor † Ol. LIV. Hamb. I. 104.	- -
Ol. LIV. 1 = 3441. Croeſus. Cyrus. 3446 - 3475. Piſiſtratus 3459. Athenis tertium potitus, ſparſos Homeri libros collegit.	- -	Phalaris, Agrigentinor. tyrannus. §. Epiſtolae 148. - Hamb. I. 106. Steſichorus, Himerenſis Siculus, Lyr. et Buc. Fragmenta collegit J. A. Suchfort.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3000.		nat. Ol. XXXVII. † Ol. LVI. Hamb. I. 92. Suſarion, Megarenſis, primus Comoediam verſibus docuit Athenis Ol. LIV. 2. Fabr. B. G. L. 2. c. 22. p. 591.	
Ol. LV. 3. = 3447. V. C. 196.	Eſtherae hiſtoria. Hamb. I. 147.	- -	- -
Ol. LVI. 3. = 3451.	- -	Ibycus, Rheginus, Lyricus. Fragm. Odar. Vrſin. et Steph. Hamb. I. 109.	- -
Ol. LVI. 4. = 3452.	Confucius, Sinenſium Philoſophus. Hamb. I. p. 116. q. Hom Futzé, Homo illuſtris.	- -	- -
Ol. LVIII. 2. = 3458.	- -	Theognis, Megarenſ. Gnomicus. Hamb. I. 110.	- -
Ol. LVIII. 3. = 3459.	- -	Sparſa Homeri Carm. a Piſiſtrato collecta.	
Ol. LX. 4. = 3468.	- -	Phocylides, Mileſius, Gnomicus. Hamb. I. 111.	- -
Ol. LXII. 1. = 3473.	- -	Anacreon, Tejus. Lyricus. Hamb. I. 112.	- -
Ol. LXII. 2. = 3474. V. C. 223.	- -	Simonides, Ceus, Philoſ. et poeta melicus. Ol. LVI - LXXVIII. Hamb. I. 128. Fragmenta habet Vrſin. Winterton. etc.	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3000. Ol. LXIV. 1. = 3484. Magus. Darius Hyſtaſp. 3484 — 3519.	Zoroaſter ſ. Zerduſht, Perſomedes. §. Λογια ſ. Oracula Zoroaſtrea. vid. Hamb. I. p. 14. Plura de ipſo eiusque opere Zend - Aveſta diſputant Foucher, Anquetil, Meiners.	- - -	- - -
Ol. LXV. 1. = 3485. V. C. 234.	Haggaeus. Wolf B. H. P. 2. p. 185. Zacharias. Wolf l. c. p. 187.	- -	Leges Regiae Romanorum: in vnum corpus redactae a Sext. Papirio. Annales Pontificum Maximi. Libri lintei cet.
Ol. LXVII. 4 = 3496. V. C. 245. Romae Magiſtratus annuus, pulſo Tarquinio.	- -	*Pythagoras, Samius, Philoſ. Cic. Tuſc. Qu. IV, 1. §. 1) Aureum Carmen. 2) Apophthegmata. 3) Sphaera divinatoria. 4) Epiſtolae. Hamb. I. p. 118. Glandorf, inprimis Meiners.	- -
Ol. LXVIII. 1. = 3497.	- -	*Scylax, Caryandenſ. Geographus. In Geogr. gr. min. Vol. I. Fabr. B. G. L. 4. c. 2. p. 31.	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3500. Ol. LXIX. 1. = 3501. V.C. 250.	— —	Heraclitus, Epheſius, Philoſ. § 6 Epp. in Steph. poeſ. philoſ. Hamb I. 124.	— —
Ol. LXX. 4. = 3508.	— —	Theano, Pythagorae ſ. uxor ſ. diſcipula. Ejus extant 3 Epiſtolae in Epp. Gr. et ap. Wolf. Fragm, mul. Hamb. I. 123.	— —
		Ocellus Lucanus, Pythagorae diſc. §. de univerſi nat. per Batteux. Hamb. I. 158.	
Ol. LXXI. 1. = 3509.	— —	Aeſchylus, Athenienſ. Poeta Tragic. §. Superſtites Tragoediae VII. n Ol. LXIII. 3. † Ol LXXXI. Hamb. 129.	— —
3514. Darius Graeciae bellum intulit. Pugna Marathonia.		Gorgias, Leontinus, Iſocratis et Alcidamantis praeceptor, Sophiſtar. princeps. §. 2 Oratt. ſuperſunt. Hamb. I. p. 176.	
Ol. LXXIII. 1. = 3517.	— —	Epicharmus. Siculus, veteris Comoediae auctor. Fragm. ap. Hertel. Bibl. Com. et Steph. Poeſ. philoſ. Hamb. I. p. 125.	— —
Xerxes R. Perſ. 3520 — 3540.		Pindarus, Thebanus, Lyricus. Myrtidis poetae diſc. §. Olympia Pythia. Nemea. Iſthmia. Hamb. I. 149.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3500.		Corinna, Theſpia vel Corinthia, Myrtidis diſc. Fragm. ap. Vrſin. et Wolf. Hamb. I. 147.	
Ol. LXXIV. 4. = 3524.	- -	Achaeus, Eretrienſ. Comicus. v. Grot. Fragm. Tragicor. et Com. Gr. Hamb. I. 166.	- -
Ol. LXXV. 1. = 3525. 3525. Xerxes in Graecos bellum movit. Artaxerxes Longim. R. Perſ. 3541. — 3581.	- -	Themiſtocles, dux Graecorum. §. Epiſtolae eius extant. Hamb. I. p. 126.	- -
Ol. LXXX. 3. = 3547. V. C. 296.	Esdras, Saraiae nepos, alter Moſes, legum interpres et religionum Judaicar. inſtaurator. Cogn. Sopher, i. is, cujus opera Scripta ſacra V. T. in vnum corpus redacta ſunt, Canonis V. T. nomine inſigne. De libro Esrae et Nehem. vid. Hamb. I. 143. Wolf B. H. P. I, 940, II, 80.	- -	- -
Ol. LXXXI 2. = 3550. V. C. 299.	- -	Cratinus, Athenienſ. veteris Comoediae poeta. Fragm. exhibet Hertel et Grotius. Hamb. I. 220.	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3500			
		Plato, Comicus. Cf. Hertel. et Grot. de Fragm. Hamb. I. 222.	
Ol. LXXXII. 2.=3554.	- -	Bacchylides, Ceus, Poeta Lyricus, Simonidis forte diſc. Fragm. Steph. 8 Lyricis, Vrſini Carm. Fem. et Corpori Poett. inſunt. Hamb. I. p. 156. Praxilla, Poetria Sicyonia. Vrſin. et Wolf. Hamb. I. p. 204.	- -
Ol. LXXXII. 3.=3555. V. C. 304.	- -	- - -	Lex XII. Tabularum.
Ol. LXXXIII. 1.=3557.	- -	Democritus, Abderites Thrax, Philoſ. Epp. Phyſica et Myſtica, it. de ſympathiis ſcripſit. Hamb. I. p. 190.	- -
Ol. LXXXVIII. 3.=3559.	- -	Herodotus, Halicarnaſſ. Hiſtoriae parens. § Hiſtoriarum Libri X. Ol. LXXIV. 1. — LXXXVII. 1. Hamb. I. 136.	- -
Ol. LXXXIII. 4.=3560.	Nehemias, Hieroſolymarum et civitatis Judaicae inſtaurator: Esdrae ſocius. 2 Macc. II, 13 Hamb. I. 146. Wolf B.H.P. 2. p. 86.	- - -	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3500. Ol. LXXXIV. 1. = 3561.	- -	Empedocles, Agrigentinus, Poeta et Philoſ. Aſtron. §. 1) De natura Libri III. 2) καθαρμοι. 3) Sphaera. Fragm. in Steph. Poeſ. philoſ. Hamb. I. p. 134.	- -
Ol. LXXXIV. 3. = 3563.	- -	Euripides, Athenienſ. Tragicus. Ol. LXXV. 1. — XCIII. 3. §. 1) 20. Tragoediae. 2) Epiſtolae 5. Hamb. I. 167.	- -
Ol. LXXXV. 3. = 3567. V. C. 316.	Malachias, noviſſimus inter Prophetas V. T. Wolf. B. H. P. 2. p. 189. Hamb. 142.	Sophocles, Athenienſ. Aeſchyli diſc. h. a. cum Pericle Athenienſium dux electus. Ol. LXX. 3. — XCIII. 3. §. 7. Tragoediae. Hamb. I. 159.	- -
Ol. LXXXV. 4. = 3568. V. C. 317.	- -	Eupolis, Athenienſ. vet. Comoediae Poeta, Cratini imitator. Fragm. ap. Hertel et Grot. Hamb. I. p. 221.	- -
Ol. LXXXVI. 1. = 3569.	- -	Phrynichus, vet. Comoediae auctor. Fragm. l. c. Hamb. I. p. 157. Parmenides, Poeta Phyſicus. v. Steph. Poeſ. philoſ. Hamb. I. p. 136. Antiphon, Sophili F. Rhamnuſius, Orator Atticus. §. XVI. Oratt. ſuperſunt. Hamb. I. p. 181.	- - - -

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3500. Ol.LXXXVII. 1.=3573. Bellum Peloponeſ. 3574—3600.	- -	Philonides, Athenienſis, fullo, dein vet. Comoediae Poeta. Fragm. habet Hertel et Grot. Hamb. p. 148. 243.	
Ol.LXXXVII.3.=3575.	- -	Hippocrates, Cous, Medicorum Princeps. Ol. LXXX. 1. — CVI. 1. Hamb. I. 193. De Scriptis conf. Gruner.	
		Polybus, Hippocratis gener et diſc. Hamb. I. p. 200.	
Ol. LXXXIX. 1.=3581. V. C. 330.	- -	Socrates, Philoſophiae Ethicae parens. Ol. LXXVII. 3-XCV. 1. Ei 7 Epiſtt. adſcribuntur. Hamb. I. p. 177.	
Darius Nothus R. Perſ. 3582—3600.		Ariſtophanes, Comicus, Vet. med. et novae Comoed. auct. § 11. Comoediae. Hamb. I. 223.	
		Teleclides, Athenienſ. Comicus. Fragm. ap. Grot. Hamb. I. 244.	
		Ariſtippus, Cyrenaeus, Philoſ. Cyren. auctor et Epicuri praecurſor. Eius nomen ferunt 4 Epiſtt. in Leo. Allat. Epiſt. Socrat.	
		Antiſthenes, Athen. Philoſ. Cyn. princeps, Diogenis magiſter. §. 2 Oratt. Aiax et Vlyſſes; et vna Epiſt. Hamb. I. 220.	
		Cebes, Thebanus, Socratis familiaris. §. Supereſt Πιναξ. Hamb. I. 218.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca.	Romana.
3500.		Aeſchines, Socraticus, Athenienſ. Rhet. §. 1. Dialogi tres de virtute, Eryxias de divitiis, Axiochus de morte. 2) Epiſt.	
		Thucydides, Athenienſ. Hiſtoricus. §. de bello Peloponneſ. Libri VIII. Hamb. I. 184.	- - -
Ol. XC. 1. = 3585. V. C. 334.	- -	Agathon, Poeta Trag. et Com. Fragm. ap. Grotium in Excerptt. Hamb. I. 222.	- -
Ol. XCII. 1. = 3593.	- -	Andocides, Athenienſis, Orator. IV Oratt. ſuperſunt. Hamb. I. p. 182.	- -
		Lyſias, Athenienſis, Orator. Ol. LXXX. 2. — † Ol. C. Ex 425. Oratt. 34. ſuperſtites. Hamb. I. 201.	
Ol. XCII. 3. = 3595.	- -	Theophilus, Medicus Epidaurius, Poeta Com. Fragment. ap. Hertel. Hamb. I. 243.	- -
- -		Philiſtion, Comicus et Mimographus. Hamb. ad an. 3900. II. 570. Fragm. e Menandro Rigaltii et in Rutgerſii var. Lectt.	
- -		Chaeremon, Tragicus. Fragm. ap. Grot. Hamb. I. 293.	
Ol. XCIII. 1. = 3597. V. C. 346.	- -	Antiphanes, Rhodius vel Smyrnaeus, Mediae Comoediae Poeta. Fragm. ap. Hertel et Grotium Hamb. I. p. 299.	- - -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3600. Ol. XCIV. 1 = 3601. Belli Pelop. An. 27. ſ. ultimus. Artaxerxes Mnemon R. Perſ. 3601 — 3643.	- -	Iſocrates, Athenienſ. eloquentiae Magiſter. Cf. Cic. de Orat. II. 22. Ol. LXXXVI. 1. — †. CX. 3. §. Eius Oratt. 22. et Epiſt. 10. habemus. Hamb. I. 230.	- -
		Alcidamas, Orator. §. 1) Orat. Vlyſſ. c. Palamedem. 2) Orat. c. Sophiſtas. Hamb. I. p. 233.	
3604.	- -	Xenophon, Athenienſ. Philoſ. et Hiſt. Ol. LXXXII. † CV. 1. Scripta recenſet Hamb. I. 206.	- -
		Cteſias, Cnidius, Medicus et Hiſt. Fragmenta ſervavit Photius. Hamb. I. 244.	
		* Timaeus, Locrus, Philoſ. Pythag. Platonis praec. Cic. Fin. V, 29. §. περι ψυχας κοσμω και φυσεως. Hamb. I. 246.	
		* Archytas, Tarentinus, Philoſ. Pythag. et Mechan. §. 1) περι τω παντος φυσεως. 2) περι σοφιας. Hamb. I. p. 247.	
Ol. XCV. 1. = 3605. V. C. 354.	- -	Plato, Athenienſ. Academiae Parens. Ol. LXXXVII. 4. — † Ol. CVIII. 1. Scriptorum indicem exhibet Hamb. I. 238.	- -
3607.	- -	Philoxenus, Cytherius, Poeta Dithyrambicus. Fragm. ap. Hertel. et Grot.	- -
		Iſaeus, Lyſiae et Iſocr. diſc. Demoſthenis magiſter. §. Eius 10. Oratt. ſuperſunt. Hamb. I. 250.	
3617.	- -	Nicophon ſ. Nicophron, Comoediae veteris poeta. Fragm ap. Grotium.	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3600.		Nicochares, Athenienſ. Comicus. Fragm. ap. Grotium.	
Ol. CI. 2. = 3630. V. C. 379.	- -	Anaxandrides, Rhodius ſ. Colophonius, Comicus. Hamb. I. 258. Fragm. ap. Hertel. et Grot.	- -
		Philetaerus, Athen. Med. Comoed. auctor. Fragm. ap. Grot. in Exc.	
		Eubulus, Athenienſ. antiq. et med. Comoed. auctor. Hertel. et Grot. ſicut de ſequentibus. Hamb. I. 257	
Ol. CII. 1. = 3633.	- -	Theopompus, Athenienſ. Vet. Com. Poeta. Fragm. l. c. Al. ad an. 3647.	
		Aſtydamas minor, Tragicus. Fragm. ap. Grot.	
		Nicoſtratus, Comicus Athenienſ. Fragm. l. c	
Ol. CIII. 1. = 3637.	- -	Epicrates, Ambrociota, med. Com. Poeta. Fragm. l. c.	
		Philippus, med. Comoediae Poeta. Fragm. l. c.	
		Ephippus, Athenienſ. Med. Com. Poet. Fragm. l. c.	
		Theodectes, Trag. Iſocratis diſc. Fragm. ap. Grot.	
		Anaxilaus, Comicus. Fragm. ap. Grot.	
		Eudoxus, Cnidius, Geometra et Aſtrologus. Fabr. B. G. L. 3. c. 5. p. 85. Vol. II.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3600. Ol. CIV. 1. = 3641. V. C. 390.	- -	Demoſthenes, Attic. Orat. et Demagogus. h. a. primum dicendi periculum fecit, Oratione in Aphobum habita. §. 1) 61 Oratt. 2) 65 Prooemia. 3) 6 Epiſt. Hamb. I. 287.	
3642. Ochus R. Perſ. 3644 — 3667. Philippus R. Maced. 3645 - 3669.	- -	Aeneas Tacticus, Stymphalius, Arcadum Dux, tempore pugnae ad Mantineam. F Commentariis de arte imperatoria ſupereſt τακτικον και πολιορκητικον. Fabr. B. G. L. 3. c. 30. p. 764. Vol. II.	
3647.	- -	Theopompus, Chius, Iſocratis diſc. Orat. et Hiſt. Fragm. ap. Phot. Fabr. B. G. L. 5. c. 38. p. 434. Vol. IX.	
Ol. CVIII. 3. = 3659.	- -	Aeſchines, Athen. Iſocr. diſc. Orat. Demoſthenis adverſarius. §. Tres Oratt. ſuperſtites. Hamb. I. 294.	
	- -	Lycurgus, Athen. Orator, Iſocrat. et Platonis diſc. §. I. 15 Oratt. vna contra Leocratem ſuperſtes. Hamb. I. 252.	
Ol. CIX. 2. = 3662. V. C. 411.	- -	Ariſtoteles, Stagirites, Peripateticor. princeps. Hiſt. Rhetor. et Poet. magiſter. nat. Ol. XCIX. 1. — † Ol. CXIV. 3. h. a. in palatium Philippi venit. Scriptorum recenſum vid. ap. Hamb. I. 262.	- -
Arſes R. Perſarum. 3667. 3667 - 3699.	- -	Demades, Athen. Orat. h. a. in proelio Chaeronenſi a Philippo Maced. captus. Vna Orat. reliqua. Hamb. I. p. 301.	- -

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3600.			
3668.	– –	Hyperides, Colyttenſis Attic. Orat. Inter Demoſtheneas vna Orat. ei adſcribitur.	–
Ol. CXI. 1. — 3669. V. C. 418.	– –	Alexander M. imperium auſpicatus eſt. Epiſtt. eius nomen praeferunt, ſpuriae. Hamb. I. 296.	– –
Darius Codom. R. Perſ. 3669 — 3675. Alexander M. R. Maced. 3669 — 3681.		Diogenes, Sinopenſ. Philoſ. Cynicus, Antiſthenis diſc. §. 27. Epp. ſpuriae in Collect. Aldi et Lubini. Hamb. I. 251.	
		Philippides, Athen. Comicus. Fragm exhibet Hertel. et Grot. Hamb. I. 311.	
		Hecataeus, Abderita, Alex. M. comes et Hiſt. Eclogas ſ. Fragm. e Joſepho etc. edidit P. Zorn. Fabr. B. G. L. 3. c. 8. p. 218. Vol. II.	
		Alexis, Thurius, Med. Com. Poeta. Fragm. in Hertel. et Grot. Hamb. I. 300.	
		Autolycus, Pitaneus, Philoſ. et Mathem. Eius de ſphaera mobili it. de ortu et occaſu aſtrorum libri extant. Hamb. I. 297.	
Ol. CXIII. 1. = 3677.	– –	Heraclides, Ponticus, Philoſ. et Hiſtor. Platonis diſc. §. 1) De politiis; 2) Allegoriae Homericae. Hamb. I. p. 307.	– –
		Crates, Thebanus, Philoſ. Diog. Cyn. diſc. Fragm. Tragoed. ap. Grotium it. Epiſtolae in Collect. Aldi cet. Hamb. I. p. 305.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3600. Ol. CXIV. 2. = 3682. V. C. 431. Ptolemaeus Lagi F. Aegypti R. 3682 — 3720.	– –	Theophraſtus, Ereſius, Ariſtot. diſc. nat. Ol. XCVII. 1. — mort. Ol. CXXIII. 1. Libri 16 ſuperſunt, ad ſcientiam naturae et morum pertinentes. Hamb. I. 281.	– –
		Ariſtoxenus, Tarentinus, Ariſtot. diſc. Rei Muſicae ſcriptor primar. §. Αρμονικα ςοιχεια. Hamb. I. 306.	
		Dicaearchus, Meſſenio - Siculus, Ariſtotelis diſc. §. Geographica quaedam in Geogr. min. et alibi. Fabr. B. G. L. 3. c. 11. p. 295. Vol. II.	
3683.	– –	Philemon, novae Comoediae auctor. Fragm. ap. Hertel. Grot. Winterton. Hamb. I. 312.	– –
		Menander, Athenienſ. novae Comoed. princeps. nat. Ol. CIX. 3. † Ol. CXXI. 4. De fragm. v. locis cc. et Hamb. I. p. 313	
		Apollodorus, Gelous, Comicus, Fragm. ll. cc. et Hamb. 314.	
		Evhemerus, Meſſanenſ. Deorum hiſtoriam ex titulis ſacris compoſuit. Fabr. B. G. L. 3. c. 28. p. 717. Vol. II.	
		* Palaephatus, Athenienſ. hiſtoriae fabularis auctor ſ. de incredibilibus. Hamb. I. p. 46.	

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3600.			
3686.	- -	Dinarchus, Corinthius, Theophr. diſc. Orator Athenienſium, mortuo Hyperide et Demoſthene, clarus. §. E 160 Oratt. tres ſuperſunt. Hamb. I. p. 303.	
Ol. CXV. 2. = 3687.	- -	Demetrius Phalereus, Theophr. diſc. Philoſ. et Orat. Athen. h. a. Athenarum vrbi praeeſſe coepit. §. Lib. de Elocutione. Hamb. I. p. 309.	
3695.	Hanno, Dux Carthag. Peripli auctor, in Geogr. min. I. et ſeorſim Hamb. I. 41.	- - -	- -
Ol. CXVIII. 1. = 3697. V. C. 446.	- -	Euclides, Matheſeos Parens, quam Alexandriae docuit. §. 1) Elementa Matheſeos Lib. XV. 2) Δεδομενα. 3) Εισαγωγη ἁρμονικη. 4) Κατατομη κανονος. 5) Φαινομενα. 6) Οπτικα και κατοπτρικα ϛοιχεια. 7) De diviſionibus ſuperficierum, it. de levi et ponderoſo. Hamb. I. 318. Simmias, Rhodius, verſibus ova, alas cet. compoſuit. Hamb. I. 322. Doſiadas, Rhodius. E nugis Βωμος ſupereſt i. poemation arae figuram referens. Fabr. B. G. lib. 3. c. 17. p. 447. lib. 5. c. 6. p. 810. Vol. II. VI. Diphilus, Sinopenſis, Comicus. Fragm. ap. Hertel. et Grot. Hamb. I. 312. Noſſis, poetria. Fragm. ap. Fulv. Vrſin. et Wolf. Hamb. I. 312. 315.	- -

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3700. Ol. CXIX. 3. = 3703. V. C. 452.	- -	Megaſthenes, Hiſtor. Seleuci Nicatoris, R. Syr., ad Indos legatus. Libri Indicorum perierunt. Opuſc. de iudicio temporum et Annalium Perſarum, commentitium eſt. Hamb. I. p. 310.	
Ol. CXX. 4. = 3708.	- -	Epicurus, Gargettius, Philoſophus, Athenis ſcholas habuit. Fragm. ap. Diog. Laert. cet. nat. Ol. CIX. 3. — † Ol. CXXVII. 2. Hamb. I. p. 316.	
3715.	- -	Poſidippus, novae Comoed. primar. auctor poſt Menandrum. Fragm. in Hertel. et Grotio. Hamb. I. 317.	
Ptolemaeus Philadelph. Aeg. R. 3721 — 3758.		Anyte, Poetria. Fragm. Vrſin. et Wolf. Hamb. I. 315.	
3726.	- -	Zeno, Citieus e Cypro, Philoſ. Stoicae parens. Fabr. B. G. L. 3. c. 15. p. 413. Vol. II.	
Ol. CXXV. 4. = 3728. V. C. 477.	(Pſeudo-Ariſteas.) Interpretatio S.Cod.Graeca Alexandrina ſ. LXX. coepta. Hamb. I. p. 323. Eichhorn Einl. ins A.T. I. p. 286. 292.	Poetarum Pleias. Fabric. B. G. L. II. c. 19. p. 688. Lycophron, Chalcidenſ. §. Caſſandram ſ. Alexandram reliquit. Hamb. I. p. 331. Theocritus, Syracuſ. Βυκολος. Hamb. I. p. 337. Callimachus, Cyrenaeus, Grammat. Hiſt. Poeta. §. 1) Epigrammata 62. 2) Hymni 6. (3) De Coma Berenyces ap. Catull.) 4) Fragmenta. Hamb. I. 346. Pſeudo-Ariſteas, et LXX. vid. Lit. Or.	

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3700. 3733.	- - -	Aratus, Solenſis Cilix, Poeta et Hiſtor. Cf. Cic. de Or. I. 16. §. Phaenomena. — Hamb. I. p. 334.	
		Antigonus, Caryſtius, Philol. et Hiſt. §. Hiſtor. mirabil. Collectan. c. Anton. Liberali cet. Hamb. I. p. 325.	
		Melampus, Iatroſophiſta. Cf. an. 2661. §. Divinationem ex palpitationibus et de naevis oleaceis reliquit. Hamb. I. p. 350.	
Ol. CXXIX. 1. = 3741. V. C. 490. Bellum Punicum primum 3741 - 3764.	- -	Cleanthes, Aſſius, Aſſa, oppido Troadis, ortus, Zenonis ſucceſſor. §. Hymnus in Jovem ſuperſtes ap. Fulv. Vrſin. et Steph. de poeſi philoſ. Hamb. I. 342.	
		Ariſtarchus, Samius, Mathem. §. De magnitudinibus et diſtantiis ſolis et lunae. Cf. 3849. Hamb. I. p. 344.	
		Damoxenus, Athen. Comicus. Fragm. ap. Hertel. et Grot.	
		Chronicon Parium, ſive Chronicum marmoreum Arundell. ſ. Oxonienſe. Allgem. Welthiſtor. Erläuterungs-Schr. Th. I. p. 167. 185.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3700. Ol. CXXIX. 3. = 3743. V. C. 492.	Manethon ſ. Manethos, Sebennyta Dioſpolitanus. Hiſt. et Philoſ. Superſunt Aegyptiacorum fragmenta et al. Hamb I. 343. Beroſus, Chaldaeus, Aſtrol. et Hiſtor. — Fragmenta ex Joſepho, Euſebio etc. collecta. - Hamb. I p. 341.	– – –	– –
Ol. CXXX. 1. = 3745. V. C. 494.	– –	– –	Columna roſtrata C. Duilii (Gruter. CCCCIV. 1.) Fabr. B. L. lib. 2. p. 491. not. it. p. 778.
3758	– –	Diocles Caryſtius, Medicus. §. Epiſt. ad Antigonum. Fabr. B. G. T. XII. p. 583. Libr. 6 c. 7. ubi ipſa Epiſtola extat.	– –
3759 Ptolemaeus Everg. Aeg. R. 3759 — 3782.	– –	Apollonius, Pergaeus, Geometra. - §. Conicorum libros 8 reliquit. Hamb. I. p. 353.	– –
V. C. 513. = 3764. Belli Pun. primi an. ultimus.	– –	Bito, Mechan. §. Eius Conſtructiones bellicar. machinar. in Mathem. vett. Hamb. I. p. 362.	– –

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3700.			
3765.	- -	- -	Livius Andronicus, Poeta Tragicus. De fragm. v. Delrii Syntagma Tragicor. lat. I. p. 93. Hamb. I. p. 362.
3770.	- -	- -	Cn. Naevius, Tragicus. † Ol. CXLIV. 1. Vrb. 550. vid. Delr. l. c.
Ol. CXXXVII. 1. = 3773.	Jeſus, fil. Sirach, libr. quem Panaretum vocant, Hebr. compoſuit. Simſon. Chr. ad h. a.	- -	- -
Ol. CXXXVIII. 1. = 3777. V. C. 526.	- -	Eratoſthenes, Cyrenaeus, h. a. Bibliothecae Alexandr. praeeſſe coepit. ὁ Βῆτα. – Primus Philologi nomen ſibi vindicavit. Suet. Illuſtr. Gr. c. 10. §. 1) De Cataſterismis et 2) in Arat. Phaenomena. Hamb. I. p. 852. Rhianus, Bena-Cretenſis, Gram. Hiſt. Poeta. Fragm. ap. Hertel. et Winterton. Hamb. I. 353. Chryſippus, Solenſis, Cleanthis diſc. et ſucceſſ. in ſchola Stoica. Nat. Ol. CXXV. 1. — † Ol. CXLIII, 2 Fabr. B. G. L. 3. c. 15. p. 393. Vol. II.	- -

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3700. Ol.CXXXVIII. 3.=3780. V. C. 529.	– –	– –	Q.Fabius Pictor, Princeps Hiſtoricus Romanorum. Fragmenta in Fragm. Hiſtor. Auguſtini et Popmae etc. Hamb. I. p. 363.
3783. Ptolemaeus Philopator, Aeg. R. 3783 — 3801.	Monumentum Adulitanum Ptolemaei Evergetae I. in Adule, urbe Aethiopiae maritima repertum. Fabr. inſeruit B. G. L. 3. c. 25. p. 604. Vol. II.	– –	– –
Ol. CXL. 2. = 3786. V. C. 535. Bellum Pun. ſecundum 3787 — 3804.	– –	Hero Alexandrinus, Mechan. Cteſibii diſc. Cf. A.C. 623. §. 1) Χειροβαλλιςρας κατασκευη και συμμετρια. 2) Βελοποιητικα. 3) Πνευματικα. 4) Περι ἀυτοματοποιητικων. Hamb. I. p. 360.	– –
3791.	– –	Archimedes, Syracuſ. Mathemat. h. a. inprimis clarus, quo Syracuſae a M. Marcello oppugnari coeptae ſunt. Scripta ap. Hamb. I. p. 328.	– –

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3700. Ol. CXLII. 1. = 3793. V. C. 542.	- -	Athenaeus Mechanicus. §. De machinis bellicis ſcripſit. vid. inter Mathematicos vett. p. 1. Hamb. I. p. 564. Alium vide ad A. Chr. 210.	- -
Ol. CXLII. 3. = 3795. V. C. 544.	- -	- -	L. Cincius Alimentus, Rerum Romanar. Scriptor. Fragm. in Auguſtini et Popmae Fragmentis Hiſtoricorum.
3800. Ol. CXLIV. 1. = 3801. V. C. 550. Ptolemaeus Epiphanes, Aeg. R. 3802 — 3824.	- -	- -	M. Porcius Cato, Cenſorius; Hiſtor. (Cf. Plin. H. N. VII. 27.) h. a. Quaeſtor ex Africa decedens, Q. Ennium ex Sardinia Romam deduxit. Nep. Vita c. 1. §. 1) Origines. 2) Oratt. 3) De re ruſtica. Fragm. inter Fragmenta vet. Hiſt. et in Scriptt. rei ruſt. Hamb. I. p. 371. Q. Ennius, Poeta et Hiſt. Poeſeos Latinae Parens. nat. a. V. 515. † 585. De fragm. cf. Hamb. I. p. 366.

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3800. Ol. CXLIV. 4. = 3804. V. C. 553. Belli Pun. IIdi annus 18 et ultimus.	- -	- - -	P. Scipio, primus Imperator nomine victae a ſe gentis, Africanus eſt appellatus.
Ol. CXLVI. 1. = 3809. V. C. 558.	- -	Apollonius Rhodius, h. a. Biblioth. Alexandr. praeeſſe coepit. Poeta et Hiſt. Callimachi diſc. §. Argonautica. - Hamb. I. p. 356.	- -
Ol. CXLVII 2. = 3814. V. C. 563.	- -	- -	M. Accius Plautus Sarſinas, Comicus †Ol. CXLIX. 1. urb. 570. Superſtites 20 Comoedias recenſet Hamb. I. p. 371.
3819. Ptolemaeus Philometor, Aeg. R. 3825 — 3858.	- -	- - -	SCtum de Bacchanalibus Liv. XXXIX, 18. et Drakenborch. ad To. VII. p. 197. Tabula aenea in vico Calabriae inventa, nunc in Muſeo Caeſ. Vindobon. ſervatur.
3826. Antiochus Epiphanes, Syr. R. 3829 — 3841.	- -	- - -	Statius Caecilius, libertus. Comicus. Inter fragmenta Comicor. Steph. Almelov. et Maittaire Corp. Poett. Hamb. I. p. 379.

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3800. Ol. CLIII. 2. = 3838.	Hiſtoria Maccabaeorum ſ. Aſſamonaeorum ſ. Chasmonaeor. 2 libris comprehenſa. Wolf B. H. P. 2. p. 202. *Judith, Fabula Judaeorum dramatica. Wolf P. I. num. 782. P. II. p. 197. P. IV. p. 43. *Tobiae libellus. Wolf P. I. Num. 655. P. II. p. 200. P. III. p. 275. P. IV. p. 45.	- - -	- -
Ol. CLIII. 3. = 3839. V. C. 588.	- -	Agatharchides, Cnidius, Philoſ. et Hiſt. Cf. Hudſon. Geogr. min. I. Hamb. I. p. 400.	P. Terentius, Afer, Comicus. h. a. Andriam edidit. † a V. 595. Hamb. I. p. 387. Proxime ſecutae Hecyra, Heautontimorumenos, Eunuchus, Phormio, Adelphi.
Ol. CLIV. 3. = 3843. V. C. 592.	- -	Hipparchus, Nicaenus, Aſtrol. inſignis. h. a. prima obſervatio aequinoctii auctumnalis facta. Plin. H. N. II, 26. Hamb. I. p. 396. §. In Arati et Eudoxi Phaenomena Libri III.	
Ol. CLVI. 1. = 3849. V. C. 598.	- -	Ariſtarchus, Samothrax, Gramm. Alexandr. Ptolemaei Philom. filium erudiit: nova Homeri editione et ſevera criſi clarus. Fabr. B. G. L. 2. c. 2. p. 274. L. 5. c. 7. p. 51. Vol. I. et VII.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3800. 3850.	— —	Carneades, Philoſ. Acad. inter legatos ab Athen. Romam miſſus. Cic. de Orat. II. 37.	
Ol. CLVI. 3. = 3851. V. C. 600.	— —	— —	M. Pacuvius, Brundiſin. Ennii ex ſorore nepos, Poeta Tragicus. De Fragm. Steph. Delr. Scriverii Colleſt. Mattaire Corp. Hamb. I. p. 380.
Ol. CLVI. 4. = 3852. V. C. 601. Bellum Punic. III. 3856.	— —	Philo. Byzantius, ὁ Μηχανογραφος. §. Mechanicor. libros et de 7 orbis ſpectaculis ſcripſit. In Arati et Eudoxi Phaenomena L. III. ſuperſunt. Hamb. I. p. 397.	— —
Ol. CLVIII. 2. = 3858. V. C. 607. Carthago a Scipione Aemiliano deleta. Corinthus a L. Mummio everſa, ſ. Bellum Achaicum et Graecia provincia Romana facta.	— —	Panaetius, Rhodius, Stoicus, Poſidonii praec. Scipionis Afr. min. comes. Fabr. B. G. L. 3. c. 15. p. 406. Vol. II. Bion Smyrnaeus, Bucolicus. §. Idyllia. Hamb. I. p. 380. Moſchus, Syracuſan. Bucolicus. §. Idyllia. Hamb. I. c.	— —
Ol. CLVIII. 3. = 3859. V. C. 608. Ptolemaeus Phyſcon Aeg. R. 3859 — 3888.	— —	Polybius, Megalopolitan. Hiſt. et Philoſ. h. a. Corinthus expugnata et everſa. §. Ἱσορια καθολικη. Hamb. I. p. 382. nat. Ol. CXLIII. 4. † Ol. CLXIV. 2.	— —

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3800.	–	Nicander, Colophonius, Med. et Poeta. §. 1) Theriaca. 2) Alexipharmaca. Hamb. I. p. 398.	
Ol. CLVIII. 4. = 3860. V. C. 609.	Jeſus f. Jaſon, avi ſui Jeſu Siracidis Panaretum (Σοφιαν Σειραχ vel Eccleſiaſticum) de Ebraeo graecum fecit. Wolf. P. I. Num. 410. P. 2. p. 200. P. 3. p. 156.	Apollodorus, Athenienſ. §. Biblioth. ſ. de Deorum origine. Hamb. I. p. 401.	– –
Ol. CLX. 3. = 3867. V. C. 616.	– –	– –	L. Attius ſ. Actius, it. Accius, Poeta Tragicus. De fragm. conf. Steph. Delr. Scriver. Maittaire. Hamb. I. p. 404.
Ol. CLXI. 4. = 3872. V. C. 621 Attalus Pergami R. h. a. moritur, Pop. R. haerede inſtituto.	– –	– –	L. Calpurnius Piſo, cogn. Frugi, h. a. Conſul, AnnaliumScriptor. Fragm. ap. Popma et Saluſt. Haverc. Hamb. I. p. 403. P. Mucius P. F. Q. N. Scaevola, h. a. Conſul, ICtus, primus Jus civile fundavit.

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3800. Ol. CLXIII. 3. = 3875. V. C. 624.	- -	- -	L. Coelius Antipater, Annalium Rom. Belli Pun. II. auctor. De fragm. Hamb. I. p. 404. Sempronius Aſello, Hiſtoricus. Hamb. l. c. et Collect. laud. Claudius Licinius, Annalium Scriptor.
Ol. CLXIII. 4. = 3876. V. C. 625.	- -	- -	Cornelia, Gracchorum mater, latini ſermonis peritiſſima, circa h. a. epiſtolam ad filium Caium ſcripſit. Fabr. B. L. Lib. I. c. 6. p. 69.
Ol. CLXIV. 2. = 3882. V. C. 631.	- -	- -	C. Lucilius, Satirae lat. parens. De fragm. Hamb. I. p. 408. Douſa collegit et edidit, mox Havercamp. et Maittaire.
Ol. CLXV. 4. = 3888. V. C. 637. Ptolemaeus Lathurus, Aeg. R. 3888 — 3905.	- -	- -	Q. Mucius Q. F. Scaevola, Augur, Ictus, h. a. conſul, primus Ciceronis in iurisprudentia magiſter. Cic. Lael. c. 1.

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3800.			
Ol. CLXVII. 4. = 3896. V. C. 645.	Sectarum inter Judaeos, Phariſaeorum, Sadducaeorum, Eſſenorum veſtigia. Joſeph. Antiqq. lib. 13. c. 9. coll. lib. 18. c. 2. Bell. Jud. lib. 2. c. 7. Cf. Simſon. Chron, ad h. a.	- -	- -
3900.			
Ol. CLXX. 3. = 3907. V. C. 656.	- -	Meleager, Gadarenus, Syrus, Epigrammatogr. graecus. V. Reiske Notit. Poetar. Anthologicor. Fabr. B. G. L. 3. c. 28. p. 682. Vol. II.	- -
Ol. CLXXI. 2. = 3910. V. C. 659.	*Ezechiel, Iudaeus, poeta tragicus. §. Ἐξαγωγη. Hamb. I. 409.	- -	Q. Mucius P. F. Scaevola, Pontifex, h. a. Conſul, Juriſperitor. eloquentiſſimus, ad quem, mortuo Augure, Cicero ſe contulerat. Cic. Lael. c. 1.
Ol. CLXXII. 3. = 3915. V. C. 664. Bellum Mithridaticum ab an. 3916.	- -	Scymnus, Chius, Poeta et Geogr. §. Carmen Jamb. Περιηγησεως Nicomedi III. Bithyniae R. dicavit. Eſt in Geogr. Gr. min. Vol. II. Hamb. I. p. 410.	C. Trebatius Teſta, ICtus, Ciceronis, Jul. Caeſ. et Auguſti familiaris.

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3900. Ol. CLXXIV. 3. = 3923. V. C. 672.	- - -	Andronicus Rhodius, Philoſ. Peripat. §. Paraphr. Nicomacheor. Ariſtot. Fabr. B. G. L. 3. c. 6. p. 150. c. 11. p. 277. Vol. II.	L. Corn. Siſenna, Hiſtoricus Belli Marſici et Sullani. V. Fragmenta Hiſt. in Salluſt. Haverc. Hamb. I. 416. Q. Claudius Quadrigarius, Annales ſcripſit. Q. Valerius Antias, Annalium ſcriptor. C Licinius Macer, Annalium ſcriptor. Fragm. horum 3 Viror. in Fragm. Hiſtt. latt. etc. Salluſt. Haverc. etc.
Ol. CLXXV. 1. = 3925. V. C. 674. Sulla Dictator 3925. obiit 3927. Nicomedes, Bithyniae R. 3931. moritur, Populo Rom. conſtituto haerede.	- - -	- - -	T. Lucretius Carus, Eques Romanus. §. Carmen philoſ. de rerum natura edidit. Hamb. I. p. 460. nat. Ol. CLXXI. 2. † Ol. CLXXVII. 3. Vrb. 659 — † 684. - -
Ol. CLXXVIII. 3.-3937. V. C. 686. Bellum Piraticum an. 3938. Cn. Pompeius confecit. Bellum Mithridat. an. 3939. e lege Manilia Cn. Pompeio commiſſum.	- -	Geminus Rhodius, Aſtrol. §. Εισαγωγην εις τα Φαινομενα ſcripſit. Poſidonii, iam ſenis, aequalis. Hamb. I. p. 417. *Dionyſius, Thrax. Grammat. §. Τεχνη γραμματικη. Fabr. B. G. L. 5. c. 7. p. 24. Vol. VII. Apollonius, Archibii fil. Soph. Apionis praec. Lexicon Homeri condidit, a Villoiſino 1773. 4. editum. Saxii Anal. P. I. p. 557.	

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
3900. Ol. CLXXIX. 1. = 3941. V. C. 690.	-	- -	C. Valerius Catullus, Veronenſ. Poeta nat. Ol. CLXXIII. 2. † Ol. CLXXX. 4. V. 667-697. Hamb. I. p. 467.
			Valer. Cato, Gramm. et Poeta. §. Dirae in Battarum fluvium. Fabr. B. L. lib. I. c. 12. p. 224. T. III. p. 775.
			* Corn. Nepos. Cf. Att. c. 22. §. Vitae Excell. Impp. Hamb. I. p. 483.
Ol. CLXXIX. 2. = 3942. V. C. 691. M. T. Cicerone Cos. Catilinae coniuratio oppreſſa. Syria per Pompeium provincia Romana facta.	- -	- -	M. Tullius Cicero, h. a. Conſul, quo ſummum celebritatis faſtigium attigit. nat. Ol. CLXVIII. 3. †. Ol. CLXXXIV. 2. Vrb. 648 - 711. Scripta recenſet Hamb. I. p. 418.
			M. Terentius Varro, Philoſ. et Grammat. Ciceronis familiaris, Bibliothecis Gr. et Lat. praefectus. Nat. Vrb. 638. † 727. §. 1) de Lingua Lat. 2) De Re ruſtica. 3) Fragmenta. Hamb. I. p. 411.
			Q. Tullius Cicero, Marci frater, de petitione conſulatus ſcripſit. Hamb. I. p. 448.
			P. Nigidius Figulus, Aſtrologus Gell. 19, 14. §. Scripſit de augurio et Commentar. Grammatt. Fragm. Jan. Rutgerſ. in Var. Lect. collegit. Fabr. B. L. I. 4. c. 7. p. 797.

Digitized by Google

Anni O. C.	Orientalis	Graeca	Romana.
1300. 1350.	- -	S. Brigitta ſ. Birgitta, Sueca, Birgeri, Principis Uplandiae fil. nat. 1304. Coniux Ulfonis, Principis Nericiae, enixa VII. liberos, vitæ monaſticae ſe devovit, novum ordinem S. Salvatoris inſtituens. Ab an. 1344 revelationibus & viſionibus crebris inclaruit. An. 1346 Romam & inde ſacra Palaeſtinae loca adiit. † 1373. §. Opp. Lubecae 1492. Norimb. 1521. Rom. 1557. Antw. 1611. Rom. & Col. 1628 Monach. 1680. f. edita, Revelationes, Regulam S. Salvatoris & Sermones complexa. Cave App. 71. Fabr. B. L. med. I. 764.	- -	- -	Bartolus ſ. Bartholus de Saxo Ferrato, Picenus Saxoferratenſis cogn. *Speculum et Lucerna Iuris Civ. Monarcha Iuris*, it. *Dux et Auriga Iuris*. Nat. 1313. Cyni diſc. Iudex Maleficiorum Bononienſis, poſtea Bononiae, Piſis & Peruſii ius docuit. † 1359. §. 1) Praelectiones in omnes libros iuris. 2) Conſilia CCCXCII. 3) Quaeſtiones XXII. 4) Tractatus XLII, in quibus ſunt Proceſſus Satanae contra d. Virginem coram iudice Ieſu; Tr. in Extravagantes; Qui ſint rebelles cet. 5) Sermones II. in Doctoratu Bonaccurſii fratris & Ioannis a Saxoferrato. vid. *Diplovatatii* Vita Bartoli in Fabr. B. G. Vol. XII. p. 555. Hamb. IV. 572. Iagemann l. c. III. Th. 2. p. 194.

Digitized by Google

Aera Chriſt.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Latina.	Profana Oriental.	Græca	Latina et LL. Rece.
1300.					
1350.	- - -	Iohannes Taulerus ſ. *Thaulerus*, Ord. Praed. Conventus Argentoratenſis. Argentorati & Coloniae ſacris orationibus inclaruit. Pleraque eius ſcripta Laur. Surius e lingua Theodiſca in latinam verſa edidit, ſed interpolata. † 1361. §. 1) Conciones de tempore & de Sanctis. Predig. - Etiam Saxonice. 2) De veris virtutibus & Inſtitutiones divinae. 3) Epiſtt. piae. 4) Prophetiae de plagis noſtri temporis. 5) Cantica ſpiritualia. 6) De novem rupibus ſ. gradibus Chriſt. perfectionis. 7) Speculum lucidiſſimum & exemplar D. N. I. Chr. 8) Convivium Mag. Aicardi ſ. Eckardi. 9) Colloquium Theologi & Medici. 10) Oratio fidelis praeparatoria ad mortem. 11) Praeparationes V notabiles ad mortem felicem. 12) De X coecitatibus & XIV divini amoris radicibus libellus. Fabr. B. L. med. IV. 437. ubi Edd. indicantur.	- -	- -	Bonincontrius Morigia, Modoëtienſis in Ducatu Mediolanenſi. §. Chronicon Modoëtienſe, ab origine urbis ad an. 1349. In Muratori SS. rer. It. XII. p. 1051. Fabr. B. L. med. I. 715. Freh. p. 77. Academia Taurinenſis a *Ludovico*, Achaiae principe, inſtituta. Albericus de Roſate ſ. *Roxiati*, *Bergomenſis*, ICtus, diſtinguendus ab Albrico Londinenſi, an. 1216. §. 1) Comm. in L. VItum Decretalium & de ſtatutis Libri IV. In Tract. illuſt. ICtor. Ven. 1584. 2) Dictionarium Iuris Civ. & Canon. Ven. 1573. 1601. Cave App. 51. Fabr. B. L. med. I. 98. Dominicus de Gravina, Notarius. §. Chronicon de rebus in Apulia geſtis ab an. 1333 ad 1350. In Murat. SS. rer. It. XII. 559.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Oriental.	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1351. 1352.	Nicephorus Gregoras, Byzantinus, nat. Heracleae in Ponto 1295. Io. Glycyn in eloquentia, Theodorum Metochitam in Aſtronomia, præceptores habuit. Barlaami & Latinorum adverſarius, an. 1351 in Monaſterio Chriſti in cuſtodiam datus eſt. † poſt 1360. §. 1) Hiſtoria Byzantina, ab an. 1204 ad an. 1359. Ex L. XXXVIII op. Hier. Wolfii & Io. Boivin XXIV editi ſunt. 2) Or. in obitum Theodori Metochitae. Cum Mich. Glycae Hiſt. Rom. a Meurſio edita. 2) Scholia in Syneſium de inſomniis, cum Syneſio. 3) Vita S. Codrati & ſociorum in Act. SS. Antw. Mart. II. p. 8. 4) Paſchalion correctum, in Petavii Vranol. & Op. de doctr. temp. 5) Epiſt. ad Theodulum Monachum, cum Theoduli Opuſcc. Hamb. IV. 577. De *ineditis* lege Fabr. B. G. Vol. VI. p. 300 ſqq. Cave App. 45.	Innocentius VI. ante Stephanus Alberti F. Lemovicenſis, Ep. Noviodunenſis, poſt Claromontanus; Cardin. & Ep. Oſtienſis; 1352. Pontif. M. † 1362. §. De Epiſt. & aliis Scriptis vid. Cave App. 54. Fabr. B. L. med. IV. 102.	- -	Nicephorus Gregoras, Hiſtoriae Byzant. ſcriptor. Vid. *Lit. Eccl. Gr.*	Lupoldus ſ. Leopoldus de Babenberg, *Babenbergius* ſ. *Bebembergius*, Doctor Decretorum Bononienſ. & ab an. 1352. Ep. Bambergenſis. † 1363. §. 1) De iure regni & imperii Romani Lib. ſeorſim & in Schardii Syll. de iurisdictione imperiali & alibi. 2) Germanorum veterum Principum zelus ac fervor in Chriſtianam religionem; ſeparatim, apud Schard. l. c. & in Bibl. PP. Col. XV. Lugd. XXVI. Fabr. B. L. med. I. 796. IV. 492.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1352.	- -	- -	- -	- -	Thomas de Garbo, Dini (an. 1304) fil. Medicus Peruſinus, mox Bononienſis, circa h. t. communis principum Italiae Aeſculapius. §. 1) Summa medicinalis cet. Ven. 1521. 1529. f. 2) Expos. ſuper Avicennam, de generatione fecus. Ven. 1502. f. 3) In Libr. Galeni de febrium differentiis. Par. — Lugd. 1514. 4. Fabr. B. L. med. VI. 711. Iagem. l. c. III. Th. 2. p. 154.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Oriental.	Profana Græca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1354. 1355. Or. Ioannes I. Palæol. ſolus regnat, poſtquam Io. Cantacuzenus, accepto monachi habitu, imperio ſe abdicavit, 1355 - 1391.	Philotheus, Monach. Graecus S. Laurae in monte Atho, an. 1354 Metrop. Heracleenſis, an. 1355 & iterum 1362 Patriarcha CP. † 1376. §. 1) *Διαταξις ἱεροδιακονικης*, Ordo ſacri miniſterii ſ. inſtituendi diaconum, gr. lat. c. not. Iac. Goar in limine Euchologii vulg. Pariſ. 1647. f. 2) Sermo Encomiaſticus in 3 Hierarchas Baſilium, Gregor. Theol. & Io. Chryſoſt. in Ducaei Auctuar. PP. II. 313. 3) Or. de cruce, ap. Gretſer. de Cruce II. 1255. 4) Or. in tertiam ieiunior. dominicam, ap. Gretſer II. 1477. 5) *Ανατροπη*, Refutatio Anathematiſmorum ab Harmenopulo ſcriptorum. Ap. Leuncl. in Iure Gr. Rom. I. p. 288. Cave App. 68. Fabr. B. G. X. 469. ubi *inedita* multa recenſentur, in quibus Antirrheticorum pro defenſione Tomi Palamitici, Libri XV, opus praecipuum habentur.	Petrus Berchorius, ſ. *Bertorius*, Pictavienſis Gallus, Monach. O. B. Prior S. Eligii Pariſ. † 1362. §. Opera tribus Voll. edita Baſ. 1515. Par. 1589. Col. 1620. 1631. 1650. Col. 1669. f. Quibus continentur: 1) Reductorium Libris XXIV. 2) Reductorii Pars II. in XIV libros diviſa. Libro autem decimo quarto Cosmographia comprehenſa eſſe videtur. 3) Repertorium morale. Reductorii & Repertorii ſingulares etiam editiones extant. Cave App. 65. Fabr. B. L. med. V. 726.	- -	- -	Iacobus Dondi ſ. *de Dondis*, Medicus Patavinus, inter *primos horologiorum inventores* celebratur. §. 1) An. 1355 ab eo completum *Promtuarium Medicinæ* ſ. Aggregator. Ven. 1481. 1576. f. 2) De modo conficiendi ſalis ex aquis calidis Aponenſibus & de fluxu & refluxu maris. Ven. 1572. Fabr. B. L. med. II. 179. Iagem. Geſch. d. W. u. K. in Ital. III. Th. I. p. 138 - 142.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1355.	Iohannes Palaeologus, Andronici F. Imp. an. 1355-1391. §. Profeſſio fidei (Latinis conſona) Gr. Lat. ap. Allat. de conſenſu II. 17. p. 843. Lat. ap. Bzovium ad an. 1369. Fabr. B. G. Lib. V. c. 43. p. 440. Vol. X. Cave App. 56.	- -	- -	- -	Iohannes Dondi, cogn. *dall' Orologio*, Iacobi fil. Med. Philoſ. & Aſtronomus celeberrimus. † 1380. (al. poſt 1395.) Auſtor eſt *Aſtrarii* ſ. *Planetarii* i. Machinae, motus coeleſtes planetarum imitantis; quam peculiari libro non dum edito, *Planetarium* inſcripto, explicuit. § 1) Lib. de balneis Patavinis. 2) De cauſſis caliditatis aquarum Aponenſium. 3) De earundem natura. Inter SS. de balneis. Ven. 1554. f. Fabr. B. L. med. II. 179. Iagem. l. c. p. 144 ſqq. Eius nonnulla carmina in Opp. Petrarchae Flor. 1522. Iagem. p. 351.

Digitized by Google

Aera Chr.	Ecclefiaftica		Profana		
	Graeco - Orientalis	Latina.	Orientalis	Græca	Latina et LL. Recc.
1300. 1355. 1356.	Demetrius Cydone, ὁ Κυδωνη, (al. Cydonius i. Cretenſis) Ioh. Cantacuzeni Imp. familiaris & 1355 comes, cum monaſterium ingrederetur. Poſtea Mediolani literis latinis & Theol. operam dedit, poſtremo in Creta ſubſtitit. † poſt 1384. §. 1) Epiſtolae. 2) Μονωδια ἐπι τοις ἐν Θεσσαλονικη πεσȣσι, Comploratio de civibus, qui Theſſalonicæ 1343 in tumultu perierunt. Inter SS. poſt Theoph. 3) Συμβȣλευτικος, Or. ad Graecos pro ſubſidio Latinor. contra Turcas. In Combefiſ. Auct. N. II. 1221. 4) Or. de Callipoli non tradenda Amurato, Turcar. principi. ap. Combef. p. 1284. 5) Περι τȣ καταφρονειν τον θανατον. Baſ. 1553. 8. & ſaepius. 6-7) Lib. contra Gregor. Palamam; & de proceſſione Sp. S. in Arcudii Opuſcc. aureis Theol. Gr. 8) Epiſt. ad Barlaamum de proceſſione Sp. S. Caniſ. Lectt. A. VI. lat. 9) Richardi Confut. Alcorani graece vertit. In SS. Anti-Muhamed Cave App. 57. Fabr. B G. lib. V. c. 43. p. 385. Vol. X.	Petrus Bertrandus, *iunior*, de Columbario Ep. Oſtienſis & Card. §. Iter Romanum, ſ. Hiſt. itineris ad coronationem Caroli IV. Imp. an. 1355 ſuſcepti. In Labbei Bibl. Nov. MSS. To. I. p. 354 Fabr. B. L. med. V. 730.	Ibn Abi Hadſchlah *Attelemſani*, Telemſa, hod. Tremiſſa, in Africa, oriundus, Cahirae in Aegypto vixit. † H. 770. Chr. 1368. §. An. H. 757. Chr. 1355 ſcripſit: *Al-Sukardan*, Vas ſaccharíferum. MS. Varia continet, inter haec multa ad hiſtoriam civ. & nat. geographiam Aegypti ſpectantia. 2) *Tari ala Sukardon*, Aroma in vas ſacchariferum. Rep. z. Bibl. u. M. Lit. III. 271.	- -	Aurea Bulla Karoli IV. Romanorum Imp. Norimbergae & Metis an. 1356 ſancita, h. e. Lex fundamentalis imperii Romano Germanici, de eligendo imperatore, iuribus principum Electorum & aliis rebus ad ius publ. Germaniae ſpectantibus. *Αυτογραφον* in curia Moeno - Francofurtana ſervatur. Pfeffinger ad Vitriar. To. I. p. 228. Fabr. B. L. med. I. 976.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1355. 1356.	- -	Nicolaus Eymericus, Gerundenſis Catalaunus; An. 1356 Inquiſitor generalis religionis per Aragoniae regnum; an. 1375 Raym. Lulli dogmata damnavit. † 1399. §. Directorium Inquiſitorum haereticae pravitatis, Barcinone 1503 f. editum & deinde ſaepe repetitum. De multis non dum editis conſulas Fabr. B. L. med. II. 407.	- -	- -	Henricus de Hervordia, al. *de Erfordia*, nat. Hervordiae, Monach. O. Dom. apud Mindenſes, † 1370. §. Lib. rerum memorabilium f. Chronicon generale ab O. C. ad 1355. MS. Cave App. 56. Fabr. B. L. med. III. 658.
					Ioannes Cornazzanus. §. Hiſtoria Parmenſis, ab an. 1301 ad 1355. Sed diverſorum auctorum opus eſſe videtur, poſt etiam ad an. 1479 continuatum. Murat. SS. rer. It. XII. p. 723. Freh. p. 263. Iagem. III. Th. 2. p. 280.

Aera Chr.	Ecclefiaſtica		Profana		
	Graeco-Orientalis	Latina.	Orientalis	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1357. 1358.	Iohannes Cantacuzenus, patrem habuit Peloponneſi præfectum, matrem Andronici Palaeologi Imp. amitam. Sacri cubiculi praefectus cet. mortuo Andronico Palaeologo, Auguſtae prolis & imperii tutelam an. 1341 ſuſcepit; 1342 Imperator coronatus. An. 1355 vitam monaſticam ſubiit, aſſumto *Ioaſaphi* nomine. † poſt 1375. §. 1) Hiſtoriae Byzantinae L. IV. a morte Mich. Palaeol. 1320 usque ad an. 1357. Inter SS. Hiſt. Byz. 2) Apologiae IV ſ. Aſſertio pro Chriſt. rel. adv. Mohumedanos & Λογοι δ' ſ. Libri adv. Mahometis errores. Baſ. 1543. f. 3) Præfatio ad eius Opus contra Palamam, Barlaamum & Acyndinum cet. in Bandini Gr. Eccl. Monum. Vol. II. H. IV. 609. De *ineditis* Fabr. B. G. Vol. VI. p. 473. Cave App. 42.	Gregorius de Arimino i. *Ariminenſis*, Italus, Erem. Auguſt. eiusque ordinis an. 1357 poſt Thomam de Argentina Generalis. † 1358. §. 1) Comm. in L. I. II. Sententiar. Valent. 1500. Ven. 1503. 2) Additiones ſuper ſentent. Ven. 1522. 3) Comm. in Epiſtt. Pauli & Iacobi, it. Lib. de uſuris. Arimini, 1522. De *ineditis* lege Cave App. 59. Fabr. B. L. med. III. 280.	- -	- -	Ranulphus ſ. ***Radulph.*** Higdenus, *Hygeden* ſ. *Hickeden*, Monach. Cheſtrenſis Anglus, O. B. † 1363. §. Polychronici ſ. Hiſt. Univerſ. Libri VII, ab O. C. ad an. 1357, deinde ad an. 1377 continuati. Primos VI Libros ad an. 1065 ed. Th. Gale in SS. Hiſt. Brit. To. I. p. 179. Io. de Treviſa an. 1387 Anglice vertit, quam verſionem Guil. Caxtonus emendatam & ad an. 1460 continuatam Lond. 1482. fol. edidit. Cave App. 58. Fabr. B. L. med. III. 744.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica		Profana		
	Graeco-Orientalis	Latina.	Orientalis	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1357. 1358	Matthæus Cantacuzenus, Iohannis fil. an. 1354 Imperator coronatus, mox Monach. in monte Athos. §. In Canticum Canticorum Salomonis Expoſitio gr. lat. ed. Vinc. Riccardus. Romae 1624. f. Hamb. IV. 610. Cave App. 56.	Alphonſus Vargas, Toletanus Hiſp. Erem. Aug. Theol. & Philoſ. Pariſ. tandem Archiep. Hiſpalenſis. † 1359. §. 1) Comm. in L. I. Sententiar. Ven. 1490. 2) Quaeſtt. in Ariſtot. L. III. de anima. Vincent. 1608. Ven. 1566. Cave App. 60. Fabr. B. L. med. I. 195.	- -	- -	Leovoldus Northovius, Northa-Weſtphalus, Canonicus Leodienſis. §. 1) Origines Marcanae ſ. Chronicon Comitum de Marca & Altena, ab Ottone III ad 1358, cum aliena contin. ad 1390. Ed. H. Meibom. Hanov. 1613. — & in Meibomii SS. rer. Germ. I. p. 373. 2) Catalogus Epiſc. Colonienſium ad an. 1349. & contin. ad 1650. ib. II. p. 13. Cave App. 60. Fabr. B. L. med. IV. 797.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco - Orientalis	 Latina.	Profana Orientalis	 Græca	 Lat. et I.L.R.
1300.					
1360.	Manuel Caleca ſ. Calecas, Graecus, ſed adverſus ſuos pro latinis pugnans, Monach. O. Præd. a nonnullis male ad an. 1274 relatus. §. 1) L. IV. adv. errores Graecorum de proceſſione Sp. S., latine tantum editi a Petr. Stevartio, Ingolſt. 1616. 4. B. PP. Col. XVI. Lugd. XXVI. 2) Περι οὐσιας και ἐνεργιας, de eſſentia & operatione Dei, adv. Tomum Gregorii Palamae, Gr. L. in Combef. Auct. noviſſ. II. p. 1. 3) Περι πιςεως και περι των ἀρχων της καθολικης πιςεως, de fide & principiis catholicae fidei. Gr. L. in Combef. l. c. p 174. Fabr. B. G. lib. V. c. 43. p. 421. Vol. X.	Iohannes Wiclef ſ. Wiclif, Anglus, a loco natali, in ſeptentrionali inſulae parte, nomen ferens, Oxonii in Coll. Mertonenſi educatus, ſummus aetatis ſuae Philoſ. & Theologus, Doctor Oxonienſis, denique eccleſiae Lutterworthenſis in provincia Leiceſtrenſi rector. An. 1360 Pontificis M. tyrannidem & erronea dogmata impugnare voce & ſcriptis coepit: emendationis doctrinae publicae praecipuus auctor. † 1387. §. 1) The New Teſtament from the Vulgate by Wickleff. 2) Dialogorum L. IV. (Trialogus) 3) Oſtiolum ſ. Tr. de Sacramento altaris, contra Transſubſt. Angl. Treatiſe of the Sacrament. 4) Two ſhort Treatiſes againſt the Orders of the Begging - Friars, Tr. II. adv. Fr. mendicantes. 5) Aphoriſmi ſ. Articuli Wicleviani. 6) Confeſſio fidei ſ. Concluſiones XVIII in Synodo Lambethana exhibitae. 7) Epiſt. ad Urbanum Papam 1384. 8) Reſponſum ad Richardum R. 1377 de iure regis & papae. 9) Declaratio fidei ſuae & concluſiones. Hamb. IV. 616. De *ineditis* multis Cave App. 63.	R. Meir Aldabi ſ. *R. Meir Ibn al Dabi*, nepos הרא"ש i. R. Aſcher ben Iechiel (an. 1301.) Hiſpanus. §. Anno 1360 abſolvit: *Schebile Emunah* Semitas fidei, librum inſignis inter Iudaeos auctoritatis, quo X Tractatibus præcipuas Theologiae & Ethices doctrinas, de Dei exiſtentia, creatione mundi & Adami, formatione hominis in utero, tuenda corporis valetudine, animi facultatibus, Lege ſcripta, reſurrectione mortuorum illuſtrat. Ed. Rivae Trident. 1559. Amſtel. 1567. 4. 1707. 12. Wolf B. H. I. 744. III. 667.	- -	- -

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Latina.	Profana Orienta-lis	Græca	Latina et LL. Recc.
1300. 1360.	- -	- -	- -	- -	Petrus Azarius, Notarius Novarienſis. §. 1) Chronicon de geſtis in Lombardia Principum Vicecomitum & Dominorum Mediolani ab an. 1250 ad 1362. In Muratori SS. rer. It. XVI. 289. Burm. Theſ. It. IX. P. 6. 2) De Bello Canapiciano an. 1339. l. c. 3) De Comitatu Malini ap. Murat. l. c. p. 425. & in Galleria di Minerva II. P. 12. p. 401. Fabr. B. L. med. V. 722. Freh. p. 247. Iagem. III. Th. 2. p. 284. Ioannes Faber, Burdigalenſis, ICtus Angolismenſis, qui hoc tempore ius ſumma cum laude docuit, cogn. *Doctor ſubtilis, perſpicaciſſimus, fundamentalis.* §. Super libro Inſtitutionum Commentarii ſ. Opus ſuper Inſtitutt. Venet. 1488. Fabr. B. L. med. II. 414. Iohannes Calderinus, Bononienſis, IC. §. 1) Tabula, continens auctoritates & ſententias Bibliorum, prout in Decretalibus citantur. Spirae, 1481. 2) Conſilia & Reſponſa Iuris Ven. 1582. Lugd. 1536. 3) Repetitiones variae in iure civili. Lugd 1587. 4) Tr. de interdicto Eccleſ. Ven. 1584. Panciroll. de Legg. Interpr. L. III. c. 21. Cave App. 65.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica		Profana		
	Graeco - Orientalis	Latina.	Orientalis	Græca	Latina et LL. Recc.
1300. 1360.	Nilus, Metropolita *Rhodius*, Latinorum adverſarius & Palamitarum princeps. §. 1) Enarratio ſynoptica de S. & Oecumenicis Synodis novem. Definit in CPna II. In Iuſtelli Bibl. Iuris Can. II. 1155. Conc. Hard. V. 1479. 2) Explanatio Canonum Synodicorum. vid. Fabr. B. G. Vol. XI. p. 48. 3) Or. de laudibus & virtutibus S. Matronae, ab Allat. lat. verſa. [4) de verſibus Anacreonticis. MS.] Leo Allat. de Nilis, ap. Fabr. B. G. Vol. V. p. 79. coll. Vol. X. p. 472. Cave App. 60.	Iohannes Ruysbrok, *Rusbrockius*, Belga, Prior Canonicor. regular. coenobii Vallis viridis in Brabantia, cogn. *Doctor divinus* & *Ecſtaticus* it. *alter Dionyſius Areopagita*. † 1381. § Scripſit complura myſtici argumenti ſermone Belgico. Singula recenſet Cave App. 67. Iunctim ſunt edita, ex lat. verſ. Laur. Surii, Colon. 1552. f. 1609. 4. 1692. f. Fabr. B. L. med. IV. 368. Foppens Bibl. Belg. To. II. p. 720. Bartholomaeus Anglicus de Glanvilla vid. Lit. prof. Lat.	(*Imperium Turco - Osmanicum :* Morad ſ. Amurat I. 1360 - 1391. H. 761 - H. 791.)	- -	Bartholomæus de Glanvilla ſ. *Glannovillanus*, cogn. *Anglicus*, ex Comitibus Sudovolciis ſ. Suffolcianis (Suffulk), Monach. Ord. Fr. minorum. §. 1) Opus de proprietatibus rerum, XIX libris, quibus compilatam ex varii generis ſcriptoribus, Arabicis etiam, univerſae eruditionis encyclopaediam complexus eſt. Acc. L. XX. de rerum accidentibus, & in ed. Pariſ. 1574. Lib. de proprietatibus apum. 2) Sermonum Lib. Argent. 1491. Fabr. B. L. med. I, 479. Cave App. 66. Academia Pragenſis vid. ad an. 1348.

Digitized by Google

Aera Chriſt.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1361. 1362.	- - -	Nicolaus Oremus ſ. Oreſmius, Normanno-Gallus, Caroli V R. Fr. praec., Theologus & Philoſ. Pariſ. an. 1356 Gymnaſium Navarrenſe regendum ſuſcepit. Regis iuſſu exarandae Gallicae S. Bibliorum & aliorum ſcriptorum vett. verſioni incubuit. An. 1377 Ep. Lexovienſis. † 1382. §. 1) Lib. de mutatione monetae a bono principe non permittenda. In Bibl. PP. Par. IX. Col. XIV. Lugd. XXVI. 2) Iuxta eſt ſalus mea ut veniat, Oratio coram Urbano V & Cardd. 3) Epiſt. Luciferi ad Praelatos Eccleſiæ. 4) Tract. de Anti-Chr. in Martene Monum. IX. 1274. 5) Ariſtotelis Politica, Oeconom. Ethica, Ciceronis aliquot libros, Petrarcham de remediis fortunæ gallice vertit. 6) De Sphaera, gall. De *ineditis* Fabr. B. L. med. V. 369. Urbanus V. (ante *Guil. Griſant*) Lemovicenſis Gallus, Monach. O. B. An. 1362 Avenione Pont. M. coronatus. † 1370. § De Epiſtolis & Conſtitutt. vid. Cave App. 68. Fabr. B. L. med. VI. 834.	- -	- -	Henricus de Rebdorf, Germanus, Monach. O. A. in coenobio Rebdorf, dioeceſeos Aichſtadienſis. §. Chronica ſ. Annales Impp. ab an. 1295 ad 1362. In Freheri SS. rer. Germ. I, 411. emendatiores op. Chph. Gewoldi, Ingolſt. 1618. 4. & in Struvii nova ed. Freh. I, 598. Freh. p. 260. Fabr. B. L. med. III, 673. Freh. p. 260. Nicolaus Oreſmius vid. Lit. Eccl. lat.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Gr. Or.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Ori-ent.	Profana Græ-ca	Profana Latina & LL. Recc.
1300. 1362.	—	Amalricus Augerii *de Biterris* ſ. Biterrenſis, Monach. O. Aug. Doctor Acad. Montiſpeſſulanae, Urbani V circa h. a. Capellanus. §. Actus Pontificum Romanorum, ſ. Chronicon Pontificale, a Petro ad Io. XXII. ſ. an. 1321. Integrum exhibet opus Eccardus in Corp. Scr. med. ævi II. p. 1641-1723. Cave App. 68. Fabr. B. L. med. I. 212. Bernardus cogn. *Dapifer*, Monach. Mellicenſis in Auſtria. § Vita B. Gothalmi. Ed. Lambecius Comm. II. p. 618. Acta SS. Ian. 26. p. 339. Pez. SS. Auſtr. I.	—	—	- - - -
1363.	—	- - -	—	—	Ioannes Bazzanus. §. Chronicon Mutinenſe ab an. 1002 ad 1363. In Murat. SS. rer. It. XV. p. 549. Freh. p. 171. Matthaeus Villanus, Florentinus. §. Ioannis Villani, (an. 1348.) fratris, Chronicon Flor. ſ. Hiſt. univerſ. usque ad an. 1363 continuavit. Fabr. B. L. med. IV. 482. Freh. p. 275. Carolus IV. Imp. §. Commentarius de Vita ſua; per Reinecc. Helmſt. 1585. 4. cum Lucemburgenſium Impp. Hiſt. & in M. Freheri SS. rer. Bohem. p. 86. Fabr. B. L. med. I. 977. Freh. p. 269.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1363.	- -	- -	- -	- -	Nicolaus de Reggo, "hoc tempore in Calabria Magiſter, in graeca & lat. lingua perfectiſſimus, libros Galeni *de graeco* translatavit." Guido de Cauliaco in Procem. v. an. 1348.
					Philippus de Villano, Ioanis Villani (an. 1348) fil. *parens Hiſt liter. Italicae.* §. 1) Continuavit patris & patrui Chron. Flor. ad 1365. 2) Le Vite d' uomini illuſtri Fiorentini. Venez. 1747. 4. Iagem. Geſch. III. Th. 2. p. 257.
1364.	- -	- -	- -	- -	*Guilielmi & Albrigeti* Cortuſiorum, Patavinorum, Hiſtoria de Novitatibus Paduae & Lombardiae, ab an. 1256 ad 1364, ed. a Fel. Oſio, cum Alb. Muſſati Hiſt. Ven. 1636. f. & in Burm. Th. It. VI. P. 1. Murat. SS. rer. It. XII. 755. Fabr. B. L. med. I, 1213. Freh. p. 249. Iagem. III. Th. 2. p. 275.

Digitized by Google

	Eccleſiaſtica		Profana		
Aera Chr.	Graeco-Orientalis	Latina.	Oriental.	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1365. 1366.	– –	**S. Catharina,** Senenſis Itala, nat. 1347. Ord. Dom. virgo, viſionibus & revelationibus clara. † 1380. §. Italice multa ſcripſit, iunctim edita: Opere della ſerafica ſanta Caterina da Siena. 1707. 1713. 4. Singula etiam latine edita, ut 1) Dialogi de provid. Dei. 2) Epiſtolae 364. 3) Or. in annuntiationem Deiparae. 4) Divina doctrina data per perſonam aeterni patris intellectui loquentis Cave App. 72. Fabr. B. L. med. I. 1010. **Ioannes de Tambaco,** Argentinenſis, O. Praed. Th. Prof. & Rect. Acad. Prag. §. Speculum patientiae ſ. L. XV de conſolatione Theologiae, Pariſ. 1493. 8. & Col. 1502. Nor. 1509 editum. Cave App. 79. Fabr. B. Lat. IV. 436.	– –	– –	**Academia Viennenſis** an. 1237 condita, nunc autem, vel 1361., ab Alberto II. inſtaurata. Heum. Bibl. Acad. p. 197. Bibl. Hiſt. Lit. Struv. Iugler III. p. 1942. Ioſeph. *Reichenau* Conſpectus Hiſt. Univ. Viennenſis. Viennae, 1722. 8. Liter.Handb. I. p. 1. **Ioannes de Lignano,** qui vicus Mediolanenſis eſt, ICtus Bononienſis. † 1383. §. De pluralitate beneficiorum. Par. 1512. De horis canonicis. De cenſuris eccleſ. De eccleſiaſtico interdicto. De Amicitia. De Bello & Duello. Tr. Tr. Tom. XII. XIV. XV. Cave App. 71. Fabr. B. L. med. IV. 275. Inprimis memorabilis *Tract. de Fletu Eccleſiae* pro Urbano VI. MS. Iagemann Geſch. III. Th. 2. p. 220-222.

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Gr. Orient.	Latina.	Profana Orientalis	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300. 1367.	- -	- -	- -	- -	Fr. Bartholomaeus, *Ferrarienſis*, Ord. Praed. §. Polyhiſtoria (Poliſtore) i. Hiſt. Ferrarienſis usque ad an. 1367. In Murat. SS. rer. It. XXIV. p. 695. Freh. p. 258.
					Facius ſ. Bonifacius de Ubertis *(Facio degli Uberti)* Florentinus, Poeta Italicus, Danten imitatus §. Dittamondo, Carm. Etruſcum, in VI Libr. diviſum, circ an. 1367 perfectum. Ven 1501. 4. Fabr. B. L med. II. 451. Iagem. III. Th. 2. p. 351.
1368. 1369.	- -	Philippus Ribotus, Catalaunus Hiſpanus, Monach. Ord. Carm. † 1391. §. Speculum Carmelitarum. ſ. Libri X. de inſtitutione, privilegiis & geſtis Carmelitarum. Ven. 1507. Antw. 1680. f. Cave App. 73. Fabr. B. L. med. V. 868.	R. Matthatias Hajizari ſ. *Iezahari.* †1380. §. Expoſitio Pſalmi CXIX. In calce Midraſch Tehillim Ven. 1546. & lat. pars certe in Phil. Aquinatis Collectione Interprett. Par. 1620. 4. Wolf B. H. I. 903. III. 823.	- -	Philippus a Leidis, Lugduno-Batavus, I. V. D. Ab an. 1369 Pariſiis ius canon. docuit, inde reverſus Guil. V. Hollandiae Comiti a conſiliis, Ep. Traiectenſis Vicarius & Canonicus Traiectin. † 1380. §. Tr. de reip. cura & ſorte principantium. L. B. 1516. f. De Lectura in Lib. III. Decretal. aliisque opp. vid. Swertii Athen. Belg. p. 644. Fabr. B. L. med. V. 864.

Digitized by Google

Aera Chr.	Ecclesiaſtica Graeco-Orientalis	Ecclesiaſtica Latina	Profana Orientalis	Profana Græca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1370.	Iohannes Cypariſſiota, cogn. *Sapiens*, Theologus. Poſt Niceph. Gregorae (an. 1351.) obitum ſcripſit, cuius quippe cadaver ludibrio habitum indignatur. §. 1) *Παλαμικων παραβασεων* ſ. Palamicarum transgreſſionum L. IV. quorum non niſi I & IV gr. ed. in Combefiſii Auct. noviſſ. II. p. 68. 85. Alia 4 opera adv. Palamæ Tomum nondum edita. 2) *Εκθεσις στοιχειωδης ῥησεων Θεολογικων*, Expoſitio elementaris eorum, quæ de Deo docentur, latine tantum edita, Rom. 1581. 4. Bibl. PP. Col. XI. Lugd. XXI. Fabr. B. Gr. Vol. X. p. 463.	Gallus, Germanus, Abb. Ord. Ciſt. coenobii Aulae Regiae prope Pragam. §. Malogranatum ſ. Dial. de ſtatu triplici incipientium, proficientium & perfectorum. Col. 1476. f. S. l. 1481. 4. 1487. f. Cave App. 74. Fabr. B. L. med. III. 42.	R. Iſaac *bar Scheſchat*, per comp. הרי"בש, Algerio oriundus, circa hoc tempus clarus. §. Scheeloth u Theſchuboth i. Quæſita & Reſponſa iuris DXVIII. CPoli 1547. f. Rivae Trident. 1559. 4. Wolf B. H. I. 696. III. 619.	- -	Philippus de Maceriis (de Maizières) ſ. Mazerius, ICtus, Caroli V. R. Gall. Conſiliar. & regni Cyprii Cancellarius. §. Circa an. 1370 ſcripſit: 1) Vitam Petri Thomaſii ſ. S. Thomae, Cretenſis Archiep. ap. Bolland. To. II. Ian. 29. p. 995. [2) Sub nomine Philothei Achillini, *Somnium Viridarii* i. Libr. II. de poteſtate regia & ſacerdotali ediſſe fertur. Par. 1516. Goldaſt. Monarch. I. p. 58.] Cave App. 74. Fabr. B. L. med. V. 4.
		Gregorius XI. ante: *Petrus Rogerius de Belloforte*, Lemovicenſis Gallus. Ab an. 1370. Pontif. M. Sedem Avenione Romam retulit. † 1378. §. De Epiſtolis vid. Cave App. 74. Fabr. B. L. med. III. 277.			Lapus de Caſtellione ſ. *Caſtiglionchio*, Patricius Florentinus, ICtus & Philol. † 1381. §. 1) Allegationes Iuris. Lugd. 1537. & ſaepius editae. 2) Multa Graeca Xenophontis, Iſocr. Demoſth. Ioſephi, Theophr. Luciani cet. latine vertit. De his & ineditis aliis vid. Fabr. B. L. med. IV. 720. Iagem. Geſch. III. Th. 2. p. 226 ſqq.

Digitized by Google

Aera Chriſt.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Græca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. – 1370.	- -	Gerardus de Groot ſ. *Magnus*, Daventrienſis, Belga, Lutetiae Theologiæ diſcendæ incubuit, deinde Canonicus Ultraiect. & Aquisgranenſis, poſt, abdicato canonicatu, *fratres vitae communis*, i. Sodalitatem literariam ſ. Scholas, pluribus locis inſtituit. † 1384. §. 1) Proteſtatio de veridica praedicatione. 2) Concluſa & propoſita. 3) Tr. de ſtudio ſacror. librorum; quae tria opuſcula cum Thomae a Kempis opp. edi ſolent. De ineditis vide Cave App. 73. Fabr. B. L. med. III. 117. Foppens Bibl. Belg. I. p. 354-356.	R. Schem Tov ben R. *Iizchack Sprot*, Tudelenſis. §. 1) *Eben Bochan*, Lapis Lydius (ex Ieſ. 28, 16.) i. Sermo inter Iudaeum & Chriſtianum, contra doctrinae Chriſtianae veritatem; ultima Sectione in primis *Magiſtrum Alphonſum* (an. 1106) confutare conatus. Liber nondum quidem editus, ſed praecipuae inter Iudæos auctoritatis. 2) *Pardes Rimmonim*, Paradiſus Malogranatorum (ex Cant. 4, 13.) i. Explicatio Aggadoth ſ. narrationum Talmudis allegoricarum. Sabionetae, 1554. 4. [3) Sepher Rephuah, Opus Medicinae *Almanſoris* Arabis, Hebr. vertit. MS.] Wolf. B. H. I. 1127. III. 1135.	- -	Gymnaſium ſ. Academia Ticinenſis vel Papienſis a *Ioanne Galeacio*, Vice-Comite Mediolanenſi, inſtituta. Heum. Bibl. Hiſt. Acad. p. 190. Via ad Hiſt. Lit. c. IV. §. 43. p. 138. not. (1) Bibl. Hiſt. lit. Struv. Iugler. III. p. 1939. Lit. Handb. der höhern Lehranſtalten I. p. 41.

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1372. 1373.	- -	Thomas Stubbs ſ. *Stobaeus*, Eboracenſis Anglus, Monach. O. Dom. §. Chronicon ſ. Vitae Archiepp. Eboracenſium, a prima fundatione ad an. 1373. In Twysdeni SS. Angl. p. 1685. Whartoni Angl. S. II. 1685. Cave App. 60. Fabr. B. L. med. VI. 734.	R. Machir, diſc. Iudae, ben Haroſch, aequalis R. Menachem ben Serach (an. 1341.) §. *Abkat Rochel*, Pulvis aromatarii (ex Cant. 3, 6.) tres Tractatus continens: I. De Meſſia, reſurrectione mortuorum. II. De poenis & praemiis aeternis. III. De orali traditione Moſis & creatione mundi. Arimini, 1506. Aug. Vind. 1540. 4. Ven. 1567. 8. Wolf B. H. I. 761.	Iſaacus Argyrus, Monachus Graecus. §. An. 1372 edidit Πασχαλιον Κανονα i. Methodum Paſchatos inveniendi, op. Iac. Chriſtmanni 1611. 4. & Dionyſ. Petavii in Uranologio & Doctrina Tempp. To. III. typis exſcriptam. De *ineditis* Opp. Mathematicis & poeticis vid. Fabr. B. G. lib. V. c. 41. p. 176. Vol. X.	- -

Digitized by Google

Aera Chriſt.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Latina.	Profana Orientalis	Græca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1374. 1375.	- -	Matthaeus de Cracovia (potius *de Chrocho-ve*, non Polonus, ſed Pomeranus) Theol. & Presb. Pragenſis, poſt expulſus Pariſiis docuit. §. Tr. de eo, utrum deceat ſacerdotes, continuare miſſas, vel laicos frequenter communicare ſ. Conflictus rationis & conſcientiæ, de ſumendo vel abſtinendo corpore Chr. Memmingae, 1491. 4. 2) De ſqualoribus (al. de praxi) Curiæ Romanae. Baſ. 1551. & in Faſc. rer. expet. & fug. App. p. 584. Lond. 1690. f. Cave App. 76. Fabr. B. L. med. V. 143.	Alphonſus, inter Iudæos quondam Medicus, cogn. *Burgenſis* vel etiam *de Valladolid;* poſtquam ad Chriſtianorum ſacra converſus eſt, Sacriſta maioris eccleſiae Valliſolitanae. Ei tribuitur Lib. Milchamoth Hes-Schem, quo R. Ioſeph Kimchi argumenta contra religionem Chr. confutavit, nec dum editus. Huius viri admonitione permotus Alphonſus, R. Caſt. an. 1374 Iudaeis interdixit precandi formulam, qua adv. Chriſtianos uterentur. Wolf B. H. I. 192. III. 123. *Magiſter* Vidalis *Toloſanus* (*Meſſer Vidal de Toloſah,*) circa an. 1375 in Catalonia ſcripſit. §. *Maggid Miſchne*, Indicans duplum (ex Zach. 9, 12.) ſ. Interpres Miſchnae i. Comm. in Maimonidæ Iad chaſaka, ſ. *Miſchne Thorah*, cum quo opere editus Ven. 1550. f. cet. Wolf B. H. I. 354	- -	Linus Colucius Pierius Salutatus, Stignanienſis Florentinus, Urbano V. & Gregorio XI. Pontiff. M. ab epiſtolis; an. 1375 Cancellarius Florentinus. Inſtaurator literarum; antiquorum Scriptorum libris deſcribendis & emendandis multam operam dans. † 1406. §. 1) De nobilitate legum & medicinae. Ven. 1542. 8. 2) Epiſtolae CLXXIV. a Ioſ. Rigaccio Flor. 1742. 8. editae. 3) Carmina latina in Zaccaria It. lit. p. 337. & in Poetar. Ital. Collect. (degli ill. Poeti Ital. VIII. p. 293.) Hamb. IV. 643. De *ineditis* Cave App. 73. in primis Iagem. III. Th. 2. p. 451-458.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Græca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1375.	- -	- -	R. Iom Tov *ben Abraham*, per compend. .הרי"טבא. §. 1) Hunc nonnulli potius, quam Meſſer Vidal, libri *Maggid Miſchne* auctorem ferunt. 2) *Chidduſchim*, Novellae Explicationes Talmudicorum dictorum. In *En Iſrael*, Ven. 1625. f. 3) *Chidduſchim* in Cod. Talm. Kidduſchim. Sabion. 1553. f. Berol. 1715. 4. 4) *Chidduſchim* in Bava Mezia. Cum Moſis Galante Quaeſt. Ven. 1608. f. 5) *Migdal Os*, Turris valida (ex Pſ. 61, 4.) i. Comm. in Maimon. Iad chaſaka, cum quo libro prodiit. Wolf B. H. I. 483. III. 367.	- -	- -
1376.	- -	- -	Haphyz, pleno nomine *Muhammed Schems-eddin*, cogn. *Haphyz*, nat. Schirazi, Legis ſacrarumque literarum peritus (Ulema & Scheick) Poeta Perſarum poſt *Saadi al Schirazi*, ſupra ad an. 1277 omiſſum, princeps. † 1412 vel 1413. H. 791 vel 792. §. *Divan* i. Corpus poematum ſive gazelarum. Sparſa enim & indigeſta carmina collegit & in Divani ordinem redegit *Seid Kaſſim Envari*. Inde partem edidit vir ſummae dignitatis *B. Reviczky* ſub hoc titulo: *Specimen Poeſeos Perſicae* ſ. Haphyzi *Ghazelae ſive Odae XVI ex initio Divan* depromtae cet. Vindob. 1771. 8. Eius vide praefationem.	- -	

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1378. Occ. Wenceslaus 1378 - 1400. quo anno ipſi imperium abrogatum. † 1418.	- -	Bonaventura Baduarius a Peraga, Patavinus Italus, Erem. Aug. Theol Pariſ. An. 1378 Cardinalis. §. Ei adſcribuntur nonnulla, quae in S. Bonaventurae (an. 1260) Opp. poni ſolent, ut Speculum b. Mariae, Comm. in L. IV ſententt. Cave App. 76. Fabr. B. L. med. I. 700.	- -	- -	— —
		Urbanus VI. (ante *Bartholomaeus Prignanus*,) Neapolitanus, Archiep. Barenſis. An. 1378 Pont. M. † 1389. §. 1) De Epiſtt. & Conſtitt. vide Cave App. 76. 2) Formulae precum, (teutonice) Dillingae 1567. Fabr. B. L. med. VI. 856.	- -	- -	Albertus, *Argentinenſis* ſ. *de Argentina*, eius civitatis Presb. §. 1) Ghronicon ab an. 1270 ad 1378. In Urſtiſii Germ. Hiſt. II. 97. 2) De rebus geſtis Bertholdi e Comitibus a Buchek, Ep. Argent. ap. Urſtiſ. l. c. Hamb. IV. 612. Freh. p. 253.

Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1380.	– –	Gerardus de Sutfanio ſ. *Zutphanienſis*, unus e primis Fratr. Vitae communis Daventr. (vid. Ger. Groot, an. 1370.) † 1398.	– –	– –	Petrus Baldus ab *Ubaldis* ſ. e gente Ubaldorum, Peruſinus, ICtus, Bartoli diſc. Ab an. 1344 Profeſſ. Iuris Bononienſis; 1357 Piſanus, 1359 Peruſinus, 1378 Papienſis, tandem Ticini † 1400. rabie canina. cogn. *Doctor omniscius*, *Lucerna Iuris*. §. 1) Commentarii ſ. Lecturae in Digeſta, Cod. & Inſtitt. 2) Comm. in Decretales. 3) De feudis. 4) Conſiliorum Voll. V. 5) De cautelis & remediis. 6) Subtilis Diſputatio, vulgo, accuſatus de vi turbativa &c. 7) Lecturae multae de ſingularibus argumentis. Has quidem recenſet Hamb. IV. 633. Iagem. III. Th. 2. p. 198.

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1380.	- -	Henricus de Haſſia, Langenſteina-Haſſus, ab an. 1375 Pariſiis literis diſcendis incubuit, Licent. Theol.; ab an. 1384 Prof. Theol. Viennenſ. in Auſtria † 1397. §. 1) Vocabularius biblicus. 2) Colloquium de animae conditionibus, ſ. Soliloquium ſeu Speculum animae. 3) De IV noviſſimis ſ. Cordiale. 4) De arte praedicandi. 5) Sacerdotum ſecreta circa miſſam. 6) Explanatio orationis Dominicae. 7) Sermo in feſto lanceae & clavorum Domini. 8) Conſilium pacis ſ. de unione ac reformatione eccleſiae in concilio univerſali quaerenda an. 1381. exaratum. 9) Lib. adv. Telesphori vaticinia. 10) Regulae ad cognoſcendum differentiam inter peccatum mortale & veniale. 11) De eruditione Confeſſariorum. Hamb. IV. 621. Plura edita & inedita indicat Fabr. B. L. med. III. 646. Diſtinguendus ab Henr. de Haſſia *iuniore*, an. 1418.	- -	- -	Galfredus Chaucerus, (*Geffray Chaucer*) Anglus, Cantabrigae & Oxoniae literas didicit, honoribus auctus in Eduardi III. aula. *Parens poeſeos Anglicae*. Nat. 1328. † an. 1400. §. 1) The Court of Love. 2) Chaucer's Dream. 3) The Complaint of the Black knight. 4) The Houſe of Fame. 5) The Poem of Troilus and Chryſeide. 6) The Teſtament of Love. 7) Treatiſe on the Aſtrolabe. — The Works ſ. l. & a. Lond. 1532. 1721. f. Hamb. IV. 635.

Digitized by Google

	Eccleſiaſtica		Profana		
Aera Chr.	Graeco-Orientalis	Latina.	Orientalis	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300. 1380.	- -	- -	- -	- -	Guilielmus Thorn ſ. de Thorne, Thornaeus, Anglus, Monach. O. B. Cantuarienſis. §. Chronicon de geſtis Abbatum S. Auguſtini Cantuarienſium, ab ipſo S. Auguſtini adventu usque ad an. 1397. In Twysdenii SS. Hiſt. Angl. X. p. 1758. Cave App. 77. Fabr. B. L. med. III. 502. Barthold Schwarz homo German., Monach. O. Franc. pulveris pyrii inventum circa h. a. Venetis primus aperuiſſe vulgo dicitur. Sed quam incerta eius viri aetas ſit, quamque multo antiquiora eius inventi veſtigia reperiantur, oſtendunt Io. *Gram* in Diſſ. de tempore inventi pulveris pyrii et Chr. Fr. *Temler* de æra eiusdem inventionis. Has commentationes germanice verſas v. in Hiſt. Abhandl. der K. Geſellſch. d. W. zu Kopenh. a. d. Dän. überſ. von Val. Aug. Heinze. B. I. Kiel, 1782. 8. p. 1-242.

	Eccleſiaſtica		Profana		
Aera Chriſt.	Graeco-Orient.	Latina.	Oriental.	Græca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1380.	- -	Bartholomeus Albicius de Piſis i. Piſanus Italus, Monach. O. Franc. † 1401. §. 1) Conformitates S. Franciſci cum vita D. N. Ieſu Chr. 2) Conformitates b. Mariae virginis cum D. N. I. Chr. L. VI. 3) Sermones Quadrageſimales, de contemtu mundi ſ. de triplici mundo. 4) Alii Sermones Quadrageſimales de caſuum conſcientiae reſolutione. Cave App. 75. Fabr. B. L. med. I, 131. Ioannes de Burgo vid. Lit. Prof. lat.	- -	- -	Henricus de Hueſta ſ. Oyta, *Euta*, *Otha*, Germanus, Ord. Carm. Prof. Viennenſis, Henrici de Haſſia Collega. §. Tr. de Contraſtibus, Par. 1506. 4. & in Io. Gerſonis Opp. De ineditis conf. Cave App. 78. Fabr. B. L. med. III, 671. Ioannes de Burgo, Anglus, Acad. Cantabrig. Cancellarius & Eccleſ. Colinghamenſis Rector. §. Circa an. 1380 ſcripſit: *Pupillam Oculi*, tam Curatis, quam non Curatis, ſumme neceſſariam, de VII Sacramentorum adminiſtratione cet. Par. 1510-1515. Argent. 1514. Rothomagi, 1516. 4. Cave App. 81. Fabr. B. L. med. I, 832.
1381.	- -	Michael Angrianus ſ. *Aignanus*, rectius de Aygvanis, Bononienſis, Carmelitarum ab an. 1381 Generalis. † 1396. vel 1416. §. Creditur hic verus auctor eſſe *Commentarii in Pſalmos*, *Incogniti* nomine ſaepe editus, & a nonnullis ad Petrum Berchorum relatus. Editiones commemorat Cave App. 78. in primis Fabr. B. L. med. V. 222.	- -	- -	

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Oriental.	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300. 1381.	- -	Raymundus Iordanus, Canon Reg. O. Aug. Præpoſitus Vticenſis in Gallia Narbonenſi, deinde Cellenſis in dioeceſi Bituricenſi Abbas ab an. 1381. §. Opera ſub IDIOTAE nomine in Bibl. PP. exhibita. Raymundo vindicavit & edidit Theoph. Raynaudus, Par. 1654. 4. Singula recenſuit Cave App. 79. Fabr. B. L. med. VI. 112. coll. III. 319.	- -	- -	- -
		Daniel Chinazzus, Tarviſinus. §. Hiſt. belli inter Venetos & Genuenſes 1378 ad 1381 geſti. In Murat. SS. rer. It. XV. p. 699. Fabr. B. L. med. II. p. 35. Iagem. III. Th. 2. p. 268.			
1382.	- -	Iohannes Bromiardus ſ. *Bromyard*, Herefordienſis Anglus, Monach. O. Praed. Theol. & IC. Oxonienſis, denique Prof. Th. Cantabrig. An. 1382 Wiclefum in Synodo Lond. oppugnavit. † 1419. §. 1) Summa Praedicatorum. Nor. 1485 f. Lugd. 1522. Ven. 1586. 4. Antw. 1614. f. 2) Opus Trivium, ordine Alph. ex Legg. div. Canon. & Civ. ſ. a. fol. Par. 1500. 4. De *ineditis* conf. Cave App. 83. Fabr. B. L. med. I. 779.	- -	- -	- -

Aera Chriſt.	Eccleſiaſtica Graeco-Orient.	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Graeca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1384. 1385.	- -	Iacobus de Theramo, idem qui Iacobus de Ancharano nominatur, Canon. & Archid. Adverſanus prope Neapolin, & Canon. Aprutinus. §. 1) Conſolatio Peccatorum ſ. Liber Belial, Proceſſus Luciferi contra Ieſum, iudice Salomone, 1482 f. & 4. deinde autem ſaepius cum Iac. Ayreri additt. editus. 2) Comm. in IV Libros Sententiarum. Aug. Vind. 1472. Cave App. 80. Fabr. B. L. med. IV. 48. coll. 7.	- -	- -	Iohannes de Fordun, Mernenſis, Scoto-Britannus. §. *Scoti-Chronicon* ab ultima origine ad an. 1385. Edidit Gale inter XV SS. p. 565; plenius Tho. Hearne quinque Voll. Ox. 1722. 8. Fabr. B. L. med. IV. 214. in primis Cave App. 67. Freh. p. 281.
1386.	- -	Marſilius ab Ingen ſ. *Inghen*, Traiectenſis, Pariſiis Heidelbergam inter primos Academiae doctores vocatus. † 1394. §. Quaeſtiones ſ. Comm. in IV. Libr. Sententiarum. Argent. 1501. f. Cave App. 79. Fabr. B. L. med. V. 101.	- -	- -	Academia Heidelbergenſis iam 1346 inſtituta, nunc autem an. 1386 inaugurata. Motſchmanni Erfordia literata. Erf. 1729. 8. Bibl. Hiſt. Lit. Struv. Iugler. III. p. 1924. Lit. Handb. I. p. 78.
1387.	- -	— —	- -	- -	Ioannes Aylinus de Maniaco, Notarius Foroiulienſis. §. Hiſtoria belli Foroiulienſis, ab an. 1366 ad 1388. In Muratori Antiqq. It. med. aevi To. III. Diſſ. XLIV. p. 1189. Fabr. B. L. med. IV. 129.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Græca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1388. 1389.	– –	Bonifacius IX. (ante *Petrus Thomacellus*) Neapolitanus, Presb. Card. & ab an. 1389 Pontif. M. † 1404. §. De Epiſt. & Conſtitt. vid. Cave App. 88. Fabr. B. L. med. I. 708.	– –	– –	Academia Colonienſis an. 1385 a Senatu fundata, an. 1388 Urbani VI. P. M. privilegio confirmata. Heum. B. Hiſt. Ac. p. 41. Lit. Handb. I. p. 52.
		Radulphus de Rivo, Bredanus Belga, Decanus Tungrenſis. † 1403. §. 1) Calendarium Eccleſiaſticum. Lovan. 1568. Bibl. PP. Par. IV. max. XXVI. p. 4. Lib. de Canonum obſervantia utrum idem, an diverſus ſit, vid. Fabr. B. L. med. VI. 100. 2) Geſta Pontificum Leodienſium cet. In Chapeauvilli Auctt. de geſtis Pontt. Leod. To. III. p. 1. Cave App. 82. Frch. p. 275.	(*Imperium Turco - Osmanicum :* Abu Yazid f. Bajazeth ſeu Bayazid 1389 - 1403. H. 791 - H. 805.)		

	Eccleſiaſtica		Profana		
Aera Chr.	Graeco-Orientalis	Latina.	Orientalis	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1390. 1391. Or. Manuel II. Palaeol. Ioannis Pal. fil. 1391 – 1396.	Ioſephus Alſchaher Biltabib, Alexandrinus Aegyptius; An. 1390 Praepoſ. Eccl. cathol. b. Virginis; an. 1398 Presbyter. §. Canones in Eccl. Graeca receptos in linguam Arab. vertit. Excerptos priorum IV. Conciliorum gen. Canones Ar. Lat. exhibet Beveregius in Pandectis Canon. Ox. 1672. To. II. p. 681.	Petrus de Herenthal ſ. *Herenthalenſis*, Brabantus, ex oppido cognomine, Canon. et Prior Monaſterii Floreffienſis, Ord. Praemonſtrat. † 1436. §. Pſalmorum Expoſitio ſ. Catena in Pſalmos univerſos, Col. 1483. 1487. f Reutling. 1498 Rothom. 1504. 4. Col. 1554. -- De Chronico ab O. C. ad an. 1385; it. de Compendio Hiſtoriarum, ſ. *Bibliis Pauperum* conf. Cave App. 82. Fabr. B. L. med. III. 699.	R. Jehuda, fil. *Aſcher*, Toletanus, ut Vincentii Ferrerii (vid. an. 1414) ſtudiis contra Iudaeorum religion. ſuſceptis ſe ſubduceret, circa h. t. violenta morte vitam finiit. Wolf B. H. I. 417. coll. III. 301.	Ioannes Pediaſimus, (ſ. *Io. Galenus* a γαληνοτητι ſ. mentis ſerenitate) Bulgariae Chartophylax, ὕπατος Φιλοσοφων. §. 1, Scholia gr. in Heſiodi ἀσπιδα. 2) Εξηγησις εἰς την τȣ Θεοκριτȣ Συριγγα. Fabr. B. G. Vol. I. p. 376. II. p. 434. 3) Γεωμετρια και συνοψις περι μετρησεως και μερισμȣ γης· XII labores Herculis: Allegoria anagogica in Hom. Il. δ. verſ. 1 - 4. MS. 4) Ποθος ſ. Iambi de muliere mala et bona. Fabr. B. G. Vol. X. p. 520. Vol. XIII. p. 576 ubi ποθος exhibetur.	Academia Avenionenſis, an. 1303 condita, nunc a PP. MM. confirmata. Heum. B. H. Acad. p. 31. Academia Ferrarienſis iam 1216 inſtituta, nunc ab Alberto, Ateſtino, inſtaurata & Bonifacii IX. P. M. privilegio ornata. Heuman. B. Hiſt. Acad. p. 51. Bibl. Hiſt. Lit. Struv. Iugler. III. p. 1919.

Digitized by Google

Aera Chr.	Eccleſiaſtica Graeco-Orientalis	Eccleſiaſtica Latina.	Profana Orientalis	Profana Græca	Profana Latina et LL. Recc.
1300.					
1391.	- -	Gerardus de Sutſanio ſ. *Zutphanienſis*, unus e primis Fratr. vitae communis Davent. (vid. Ger. Groot, an. 1370.) † 1398. §. 1) De reformatione interiori ſ. vitium animae. 2) De ſpiritualibus aſcenſionibus. Uterque liber Col. 1539; in Bibl. PP. max. To. XXVI. p. 234. & cum Thom. a Kempis Opp. Cave App. 83. Fabr. B. L. med. III. 127.	R. Schimon *bar* Zemach *Duran*, ex oppido *Oran*, Africanus, per compend. רש״ בע vel מה״רש, nepos R. Levi f. Gerſon. circa an. 1391 clarus. §. 1) *Oheb Miſchpat* Diligens iudicium (ex Pſ. 37, 28.) i. Comm. in Iob. Cum Comm. R. Obadiae Sphorno, Ven. 1590. 4. 2) *Sohab ha Rakia*, Splendor firmamenti, (ex Dan. 12, 3.) i. Comm. in Asharoth R. Schemuel (an. 1071.) CPoli, 1515 vel 1520. 8. Wolf B. H. I. 1147. coll. III. p. 1154.	- -	- -

Aera Chr.	Eccleſiaſtica		Profana		
	Graeco-Orientalis	Latina.	Oriental.	Graeca	Latina et LL. Recc.
1300.					
1392.	- -	- -	- -	Emmanuel Moſchopulus, *Cretenſis*, diſtinguendus a iuniore *Byzantino* an. 1453. §. 1) Ερωτηματα. In Grammaticæ artis Methodo, gr. Baſ. 1540. 4. Qui liber etiam Canones & praecepta *περι κλισεως* continet. 2) Synopſis vitae Euripidis, Scholia in Pindari Olymp. Lib. de dialectio Ionica, *περι πνευματων*, cet. MSS. incertum utri ſint tribuenda. Fabr. B. G. lib. V. c. 7. p. 37. Vol. VII.	Academia Erfordienſis a Senatu an. 1392 inaugurata, iam an. 1389 Urbani VI. P. M. privilegio inſtructa. Heum. B. Hiſt. Ac. p. 47. Bibl. Hiſt. Lit. Struv. Iugler. III. p. 1918. Lit. Handb. I. p. 63. Nicolaus Falcutius, Medicus Florentin. † 1412. §. Sermones medicinales VII. Ven. 1491. 1533. f. Fabr. B. L. med. V. 337. Iagem. III. Th. 2. p. 157.
1394.	- -	Benedictus XIII (ante *Petrus de Luna*) Hiſpanus, Diac. Card. Ab an. 1394. Anti-Papa. † 1423. §. De Epiſt. & aliis Scriptis vid. Cave App. 83. Fabr. B. L. med. I. 532.	- -	- -	- -

Aera Chr.	Ecclesiaſtica Graeco-Orientalis	 Latina.	Profana Orientalis	 Graeca	 Latina et LL. Recc.
1300. 1395. 1396. Or. Ioannes IV. Palaeol. 1396 - 1402.	– –	Petrus de Natalibus ſ. Natalis *(dei Nadali)*, Venetus, ab an. 1363 parochus SS. Apoſtolor.; 1370 Ep. Equilinus ſ. Ieſulanus. §. 1) Catalogus Sanctorum & geſtorum eorum, ex diverſis voluminibus collectus. Vicent. 1493. f. Ven. 1502. Lugd. 1542. Hamb. IV. 646. [2) Catalogus Venetorum Senatorum & geſtorum eorum. Vicent. 1493. f. vitio ſcripturae tantum diverſus eſſe videtur ap. Cave App. 186.]	– –	– –	Henricus de Knigthon, Anglus, Canonicus Leiceſtrienſis. §. 1) Chronica de eventibus Angliae L. V. ab an. 958 ad an. 1395. Multa ex Ranulpho Higdeno (an. 1357.) exſcripta. 2) Hiſtoria depoſitionis ſ. reſignationis Richardi II. R. Angl. an. 1399 factæ. Utrumque opus in Twysdeni SS. Hiſt. Angl. X. Fabr. B. L. med. III. 667. Freh. p. 162.
		Guilielmus Wodfordus ſ. *Wilfordus*, Anglus, Monach. O. Fr. † 1397. §. Lib. ad Thomam Arch. Cantuar. adverſus articulos XVIII ex Wiclefi Trialogo excerptos et in concilio Londinenſi 1396 damnatos. In Faſc. Rer. expet. p. 96. Cave App. 83.			

Digitized by Google

	Eccleſiaſtica		Profana		
Aera Chr.	Græc. Or.	Latina.	Orientalis	Græca	Latina et LL. Recc.
1300. 1398. 1399.	- -	Petrus de Alliaco ſ. d' *Ailly*, Gallus, nat. 1350. Compendii ad Iſaram; an. 1372 in collegium Navarrenſe Pariſiis receptus, ab an. 1375 Magiſtrum ſententiarum enarravit, 1380 Th. D. 1384 Collegio Navarr. Praefectus, 1389 Cancellar. Ac. Pariſ. mox Carolo VI. a ſacris largitionibus & confeſſionibus, an. 1395 Ep. Anicienſis, 1396 Cameracenſis, 1411 Cardinalis, 1414 Concilio Conſtantienſi interfuit & Io. Huſſo inprimis adverſatus eſt. † circa 1419-25. cogn. *Aquila Franciae* & *Malleus a veritate aberrantium.* §. Scripta ſigillatim recenſere non licet. Pars ad Phyſicam & Mathematicam, inprimis ad Aſtronomiam pertinet, pars ad explicandos libros Sententiarum, pars ad hiſtor. eccl., ad controverſias, ad motam eccl. reformationem, pars ad homilias cet. Cave App. 84. Hamb. IV. 667. Foppens Bibl. Belg. II. p. 949.	R. Lipman, ſ. ſom Tob Lipman *Mülhuſinus*, magis veroſimiliter ad an. 1398 quam cum aliis ad an. 1459 refertur. §. 1) Sepher Nizachon i. Lib. Victoriae, quo inprimis Chriſtianam religionem, præterea autem Atheos, Sadducaeos & Caraeos impugnavit. Primum ab Theod. Hackſpan, Altorfii 1644. 4. editus. 2) Carmen memoriale, ſ. libri Nizachon epitome rhythmica. In Wagenſeilii Telis igneis Satanae. Altorf. 1681. 4. 3) Comment. in R. Iehudae Chaſid Schir haijichud ſ. Canticum unitatis. Frib. Brisg. 1560. 4. Wolf I. p. 734. III. p. 660. Hamb. IV. 625.	—	Academia Andegavienſis a Ludovico II, duce Andium, condita. Heum. B. Hiſt. Ac. p. 28. Antonius de Butrio, Bononienſis, I. V. D. & Prof. in Acad. Bonon. & Ferrarienſi † 1408. §. Opera edita Venet. 1532. Sed ſeparat. etiam typis exſcripta: 1) Comm. in V Libros Decretalium. Ven. 1578. 2) Comm. in Vtum L. Decretalium Ven. 1575. 3) Conſilia & Reſponſa iuris. Ven. 1582. 4) Tr. de iure Patronatus. Fcf. 1581. 5) Repertoria duo alterum I. Can. alterum I. Civ. cet. Cave App. 86.

Digitized by Google

